Maer dit gaet anders ende met goede proportie, als men het gemack behoudt ende de raderen na proportie vermeerdert of vermindert. Te weten als een mensche een myle weeghs blyft gaende met even groot gemack, ende dat het so gemaeckt is dat het gewichte maer 200 voet in dien tyt hooghe en gaet, so kan men rekenen wat van een man, van een peert, van wint, van water of gewichte van alderhande dynghen gedaen kan werden. Kan een man in een uere 20000 voet gaen ende 1 pont 20000 voet hoogh trecken, hy can even gemackelick 100 pont 200 voet hoogh trecken, so de instrumenten so gemaeckt syn dat hy daerover een myle weeghs gaen moet. Vindt men dat die man 10 pont in een uere gemackelick 20000 voet ophalen kan, so sal hy de 100 ℔ 2000 voet ophalen in dienselven tyt ende soveel weeghs gaende. Bevindt men dat een peert viermael stercker is, dat sal viermael meer doen. Indien een gewichte 1 pont in een uere 20000 voet ophaelt, het sal 100 ℔ ophalen in een uere 200 voet hoogh, de instrumenten na die proportie oock geordineert synde. Dit laetste moet vooreerst geobserveert worden, want dat is het simpelste ende de crachten van menschen ende beesten veranderen so bescheelick niet [2]).

---

[a]) d'abord *de 1000 voet*; puis *voet* barré. — [b]) *niet een pont ophalen.* — [c]) *want is.*

* * *

[1]) Cf. les considérations *t. II*, p. 389 et ci-avant pp. 15–16.

[2]) Pour l'application de ce principe aux machines simples (où les mouvements sont uniformes) cf. ci-avant p. 16 (n). Le théorème qui énonce l'égalité entre le travail moteur et le travail résistant fut connu de JEAN de Némore, TARTAGLIA (1546) et CARDAN (*de Subt.*, Lib. 17), tandis qu'il apparait ensuite chez GUIDOBALDI DEL MONTE (1577), chez GALILÉE (cf. ci-avant p. 16, n. 1) et chez BUONAIUTO LORINI (1597). STEVIN, bien connu de BEECKMAN, mentionne „dese ghemeene weeghconstighe regel: Ghelyck wech des doenders tot wech des lyders, alsoo ghewelt des lyders tot ghewelt des doenders" („cette regle commune de la statique: Comme l'espace de l'agent à l'espace du patient, ainsi la puissance du patient à la puissance de l'agent") (*Vierde stuck der Wisconstighe Ghedachtnissen, Van de Weeghconst* (*Leyden, 1605*), *Tweede deel des Byvoughs*,

Maer men moet oock letten op het naecksel van wielen, tanden ende catrollen, dat het soveel swaerder gaet als dat bedraecht, al is alles na proportie wel geordineert. Dit en siet men so nauwe niet als men | met menschen of peerden werckt, maer men salt terstondt gewaerworden als men dit met enckel gewichten doet [a]) ende daeruyt oock sekerlick konnen calculeren wat het naecksel verhindert, hoeveel dat bedraecht [b]); ende welck naecksel meest verhindert ende also de beste instrumenten [c]) leeren kennen ende maken.

Volgens dit alle moet men dencken dat een mensche, blyvende staen ende met syn handen aen een touwe nederwaerts treckende, in een uere meer dan 20000 voet touws trecken kan, omdat hy met eenen treck meer van de touwe neerhaelt dan hy met eenen stap weeghs voortgaet. Maer dewyle men het gaen beter gewent is dan het trecken, so en wort men door het gaen so haest niet moede; rekent dan dat het beyde gelyck is.

So en kan een mensche oock niet meer optrecken dan hy swaer weecht ende noch een weynich min. Maer dewyle [d]) hy, als hy soveel optreckt, met syn geheel lichaem aen de touwe hanghen moet, so moet hy beyde syn handen samen op ende samen neer doen, waeruyt volcht dat hy in deselfde tyt maer de helft soveel touws trecken sal. Ick dan wegende 125 ℔, sal ick 100 ℔ konnen trecken 10000 voet hoogh in een uere, ten rauwsten gerekent sonder geproeft te hebben. Ende die gewoon is te trecken sal so licht niet moe worden.

Hierna, alst wel ondersocht ware, soude men sich sekerlick konnen reguleren int calculeren van de cracht [1]), die een man doen soude met instrumenten op eenen sekeren tyt, dit bedenckende dat het naecksel oock veel verachtert als het gewichte so swaer is dat men verscheyden raders of catrollen gebruycken moet. Derhalven als men 200 ℔ op te lichten heeft, dat sal gemackelicker ende profytelicker geschieden met 2 mannen seffens, elck 100 ℔ vermogende, dan met één van die mannen door multiplicatie van raders of catrollen.

Die in cranen gaende, eenich gewicht ophalen, doen gelyck geseydt is vant gaen, ende konnen oock in een uere 20000 voet gaen, indien sy beneden blyven gaen. Maer indien s'op moeten climmen om soveel meer te weghen, so salt [e]) haer lastigher vallen in een uere so dickwils te stappen.

Wilt ghy den tyt, wech met de cracht ondersoecken in gewichte, so proeft in hoeveel tyts één pondt gewichte 2 ℔ oplichten kan 20 voet hoogh hangende, de 1 ℔ so aen verscheyden catrollen of assen, dat sy de 2 ℔ oplichten kan [f]). Onder-

[a]) *doet.* — [b]) *bedracht.* — [c]) *instrumen.* — [d]) d'abord *dewyle hy dan*; puis *dan* barré. — [e]) *so salst.* — [f]) d'abord *kan. mathematice soude men segghen datser noch eens so langhe mede besich*; puis *mathematice .... besich* barré.

* * *

p. 194). Il faut remarquer qu'il s'agit toujours dans les cas traités de déplacements réels et non pas virtuels (pour les derniers cf. ci-après p. 134).

[1]) BEECKMAN semble entendre ce que nous appelons aujourd'hui le „*travail*" (produit du poids et du déplacement). Cf. aussi *t. II*, p. 389. Ce produit est appelé „*force*" aussi par DESCARTES (cf. sa lettre à MERSENNE de septembre 1630 dans la *Correspondance de Mersenne, t. II* (*1936*), p. 611 et son traité de mécanique envoyé à CONST. HUYGENS en 1637).

soeckt oock in hoeveel tyts dat 1 ℔, 2 ℔, 10 ℔ etc. 100 voet diep door de locht vallen kan ende in hoeveel tyts dat 1 ℔ kan 100 voet oplichten *1* ℔, *2* ℔, *3* ℔, etcæt., de touwe hangende over een wel gemaeckte catrolle.

Punctum æqualitatis cadentium in aere probatur.

Tgene ick vooren [1]) geseydt hebbe vant vallen van gewichten [a]), dat die so langhe rasscher ende rasscher vallen totdat het teghenstandt van de locht so groot is dat de vlucht niet vermeerderen en kan, dat blyckt oock in een gewichte aen den as van eenighe raderkens hangende, aen welckx radts eynden breede ysers gemaeckt syn gelyck aen de speten, daer men vleesch mede braedt of aen de raders, daer de clocken mede slaen [b]). Men siet dat het gewichte so leeghe rasscher ende rasscher nederwaerts gaet totdat die veren so ras ende dickwils teghen locht slaen dat het soveel verhindert als de vlucht geven kan.

Krachten van gewichten geexamineert.

Men moet niet soecken [2]) met het minste gewichte veel op te lichten (want dat kan so traech gaen dat het byna rust), maer maken dat het rasch op gaet; oock niet al te rasch, want de rascheyt verscheelt weynich opt leste. | Want als een gewicht een ander heel rasch optreckt ende dat men meendt dat gewicht te verdobbelen om also dobbel so rasch op te trecken, dat sal faljeren. Daerom sal men observeren wat gewichte een ander gewicht so optreckt, dat het optreckende gewicht aldercleynst is ende de rascheyt aldergrootst, ten aensien van grooter gewicht teghen grooter snelheyt niet naer advenant; dat is: men sal soecken het gewicht, dat teghen de snelheyt aldercleynst is in proportie. Also ist beter yet op te trecken met 100 ℔ int uere dan met 60 ℔ int ½ uere [3]).

Historia Des Cartes ejusque mecum necessitudo.

D. RENATUS DES CARTES DU PERON [4]), qui anno 1618 in meam gratiam Bredæ Brabantinorum *Musicæ Compendium* conscripsit [5]), quo suam sententiam de musicâ mihi aperuit quodque huic operi insertum est [6]), is, inquam, die 8° mensis Octobris 1628 ad me visendum venit Dortrechtum, cùm priùs frustra ex Hollandiâ Middelburgum venisset, ut me ibi quæreret. Is dicebat mihi se in arithmeticis [c]) et geometricis nihil ampliùs optare, id est se tantum in ijs his novem annis profecisse quantum humanum ingenium capere possit. Cujus rei non obscura mihi specimina reddidit, paulò post Parisijs suam *Algebram*, quam perfectam dicit

[a]) *gewichte.* — [b]) *slaet.* — [c]) *aridmetcis.*

* * *

[1]) Cf. *t. II*, p. 244 et les lieux cités; *ibid.*, pp. 330 et 435.

[2]) Cette note se rapporte à l'avant-penultième.

[3]) Le texte continue par un écrit intitulé: „*Lambrecht Dircksz., schiptimmerman, gaf my dit besteck van een oorlochschip van 100 last.*" C'était sans doute pendant son dernier séjour à Rotterdam (cf. ci-dessus pp. 88–90) que BEECKMAN avait reçu cet écrit qu'il copia de sa propre main (fol. 331*verso* jusqu'au milieu du fol. 332 *verso*). Nous le reproduisons au *t. IV*.

[4]) Il est peut-être significatif que l'auteur ait laissé la moitié de la page précédente en blanc pour commencer cette relation sur une page nouvelle (fol. 333*recto*). Nous avons reproduit cette page en tête du présent volume.

[5]) Cf. au *t. I* notre *Vie de l'auteur*, p. XII et p. 257 du même tome.

[6]) C'est à dire en copie. Cf. notre *Avertissement au premier volume*, p. XXXVIII.

quâque ad perfectam geometriæ scientiam pervenit, imò quâ ad omnem cognitionem humanam [a]) pervenire potest, propediem ad me missurus [1]) aut ipsemet huc ad eam [b]) edendam et limandam venturus, ut communi operâ id quod restat in scientijs, perficiamus [2]). Galliâ enim, Germaniâ et Italiâ peragratâ, dicit se non invenisse alium, cum quo secundùm animi sui sententiam disserere et à quo adjumentum in studijs suis sperare possit, quàm per me. Tantam dicit esse ubique inopiam veræ [c]) philosophiæ, quam vocat operam navantium; ego verò illum omnibus, quos unquam vidi aut legi, arithmeticis [d]) et geometris præfero.

Causam verò cur tam pauci hîc versatissimi sint, esse existimo quia omnes qui ingenio tali pollent, ubi se aliquid invenisse autumant, statim scripturiunt, nec tantùm id quod invenere edunt, verùm eam occasionem arripientes, nova opera scientiasque ab ovo [e]) conscribunt, atque ita suum ingenium, ad plurima perfectè invenienda aptissimum, multitudine laboris [f]) non utilis aut novi obruunt [3]). Ille verò necdum quicquam scripsit, sed usque ad 33 [g]) ætatis suæ annum meditando, eam rem quam quæsivit, perfectiùs quàm reliqui invenisse videtur. Hæc dicta sunto ne quis potiùs numerum scripturientium quàm illum imitetur [h]). Docti cur pauci.

Dicit IDEM se invenisse algebram generalem, ad eamque se non uti corporum figuris, sed planis duntaxat, quia eæ faciliùs mentibus insinuantur [4]). Atque ita res aliæ præter geometriam, ijs optimè exprimuntur. Algebræ Des Cartes specimen quoddam.

Concipit unitatem per quadratum exiguum; ita etiam punctum concipit. Lineam verò aut radicem concipit per parallelogrammum, ex uno istius quadrati latere et longitudine debitâ conflatum. Quadratum concipit ex tot talibus radicibus [i]) factum; cubum, ex tot quot [k]) numeri indicant quadratis ad formam oblongam redactis factum; biquadratum eodem modo etc. Imò hæc omnia etiam




Fig. 16 [1]).

a) *humanem.* — b) d'abord *eam conscriben*; puis *conscriben* barré. — c) *vere.* — d) *aridmetcis.* — e) d'abord *ab ovo incipiunt conscribere*; puis *incipiunt* barré et *ere* corrigé en *unt.* — f) d'abord *laboris obruunt*; puis *obruunt* barré. — g) d'abord *24*; puis le *2* corrigé en *3* et le *4*(?) aussi en *3*. — h) *imiterur.* — i) *radicis.* — k) *tot quo.* — l) Les figures sont faites sans grande précision et seulement la figure *c* est divisée en trois parties.

* * *

1) Pour cet écrit perdu de DESCARTES, composé en 1625 ou 1626, semble-t-il, cf. ci-dessous p. 109, n. 1 et 3.

2) Une telle collaboration entre les deux savants s'était effectuée dejà pendant les deux derniers mois de 1618. Cf. la *Vie de l'auteur* (*t. I*, p. XII), *t. I*, pp. 237 sqq., notamment p. 262–264 et les lettres de DESCARTES au *t. IV*.

3) ALBERT GIRARD aussi déclarait vers la même époque désirer „plus à augmenter la science que le nombre des livres, desquels nostre siècle se trouve fort abondant, et notamment par ceux, lesquels mettent en lumiére de jour, ce qu'ils ont songé la nuict, et qui pensent que c'est assez battre que de forger des livres (*Opera mathematica ou Oeuvres mathematiques* .... *par* SAMUEL MAROLOIS .... *de nouveau reveües* .... *par* ALBERT GIRARD .... *Amsterdam, 1628*, p. 53).

4) Cf. (aussi pour le texte qui suit) la *Regula XV* des *Regulæ ad directionem ingenii*, écrit que DESCARTES avait composé probablement au début de 1628. (*Oeuvres de* DESCARTES ed. cit., *t. X* (*1908*), p. 453).

lineis explicat, ita ut *a* punctum, *b* lineam, *c* quadratum, *d* cubum representet. Eo modo quoque [a]) *f* cubum representabat ex multiplicatione quadrati *e* per numerum radicis confectum.

Nec minori negotio eadem absolvit per nudas lineas, quemadmodum hîc ad marginem videre est, ubi notæ cossicæ singulis lineis adjectæ sunt, lineis eas quæ præfixæ sunt quantitates significantibus. |




Fig. 17 [e]).

Particulariter verò concipit cubum per tres dimensiones [b]), ut etiam alij faciunt; at biquadratum [c]) concipit ac si ex cubo simplici, qui consideratur ut ligneus, fieret cubus lapideus; ita enim per totum additur una dimensio [d]); at si altera dimensio sit addenda, considerat cubum ferreum, tum aureum etc., quod non solùm fit in gravitate, sed etiam in coloribus et omnibus alijs qualitatibus. Secans igitur ex cubo ligneo quadrata tria, concipit etiam tandem se secare cubum ex ligneitate, ferreitate etc. solâ conflatum, ita ut ferreus cubus ad ligneum perducatur eo modo quo cubus simplex ad quadrata in unoquoque genere observanda [f]).

Idem hoc pacto, ut vides, minuit binomium uno nomine. Cupiens enim auferre 6 radices quadrati *AB* incogniti, dividit 6 per 2. At, quia *FC* et *GB* continent utrumque 3 radices, cùm *FC* et *GB* auferuntur, aufertur quadratum *DC* bis; auferentur igitur 6 𝔵 et quadratum ex dimidio, videlicet [g]) 9. Idcirco qui auferre vult 6 𝔵, debet addere 9 [h]), ut restet minus quadratum *DE*. Quo cognito cognoscitur etiam ejus latus, quod, addito dimidio radicum, habetur radix quadrati primi. Ita ex majore quadrato [i]) excipitur minus, quo mediante invenitur majoris radix.

1 ʒ ∞ 6 𝔵 + 7
— 6 𝔵 + 9
1 ʒ ∞ DE . 16
DF . 4
DG . 3
AC . 7




Fig. 18.

Irrationales numeros, qui aliter explicari non possunt, explicat per parabolam [k]). Nominat autem quasdam radices *veras*, quasdam *implicitas* (id est minores

a) *modo quo.* — b) *dimentiones.* — c) *biquadradum.* — d) *dimentio.* — e) la dernière figure n'est pas divisée. — f) *ad quadratis observatis in unoquoqeu genere observandis* (texte corrompu). — g) *viz.* — h) *debet adde 9.* — i) d'abord *quadrato fit minu*; puis *fit minu* barré. — k) d'abord *parabolam habet*; puis *habet* barré.

quàm nihil) [a]), quasdam *imaginarias* (id est omninò inexplicabiles) [a]); ac videt ex tabulâ vulgari quot aliqua æquatio radices habere possit quarum una sit quæsita.

IDEM etiam explorat quantitatem anguli refractionis per vitreum triangulum *LMN*, in quod radij paralleli in latus *LM* ad rectangulos incidunt, tegitque *LM* chartâ perforatque duntaxat ad *O*, ut ibi radius admittatur atque observat angulum refractionis radij *QRP*. Cognito uno angulo refractionis, deducit inde reliquos secundùm angulorum sinûs: *ut enim*, inquit *AB ad HG, ita CD ad IF*[1]). Considerat enim sub *ST* esse aquam, radios esse *AEG, CEF* îdemque videntur ipsi pati quod brachia æqualia bilancis quorum [b]) finibus appensa sunt pondera, quorum id quod in aquâ est, leviùs est et brachium attollit. Tandem quærit multa puncta qualis [c]) est *R*, ac circa illa hyperbolam ducit, per quam omnes radij paralleli incidentes concurrunt in unum punctum. Quod vitrum optimum foret ad faciendos tubos oculares, nam, inquit, hyperbole minor ejusdem generis serviet ad vitrum concavum faciendum. Dicit se jussisse fieri convexum tale, sed ita ut mechanicus [2]) torno æqualiter super eodem centro id raderet; quod ego aliquando imperavi fabro [3]), statuens toties mutare lineam chalibeam, secundùm quam vitrum formaret, donec mechanicè viderem omnes radios [d]) perfectè convenire [4]). Ipse dicit sibi perfectè successisse [5]). |

Angulus refractionis a Des Cartes exploratus.




Fig. 19.

---

a) pas de parenthèses. — b) *bilancis quo* (à la fin de la ligne). — c) *qualia*. — d) *radio*.

* * *

1) Apparemment BEECKMAN ne connut pas la loi des réfractions avant la présente date, nonobstant ses relations personnelles avec WILLEBRORD SNELLIUS (cf. *t. I*, pp. 21 et 105 et ci-dessous p. 306) qui la trouva probablement à la fin de 1621 et qui mourut en 1626. C'était en cette année 1626 que DESCARTES avait fait la découverte de la loi. Probablement dans ce même mois d'octobre 1628, RIVET à Leiden fit part à MERSENNE de l'existence du manuscrit de SNELLIUS, où celui-ci avait énoncé la loi, mais rien ne fait soupçonner que BEECKMAN, également l'ami de RIVET, l'ait vu ensuite (cf. ci-dessous p. 104), tandis que DESCARTES n'en prit connaissance qu'en 1632. Cf. notre note dans *Janus, Arch. internat. pour l'hist. de la médecine* etc., *t.* XXXIX, (*1935*), pp. 51–73,

2) JEAN FERRIER, né en Auvergne. Après s'être fixé à Paris, il y acquit du renom comme ouvrier-mécanicien en travaillant pour MYDORGE et pour DESCARTES (à la fin de 1626 ou au début de 1627) à la fabrication des verres hyperboliques et pour MORIN à celle d'instruments astronomiques.

3) Cf. *t. II*, pp. 210 et 295. On semble avoir procédé par rodage persévérant des côtés du verre; cf. ci-dessous p. 256–257. Cf. d'ailleurs ci-dessous pp. 255–256, 384 et 398.

4) Au moyen des verres hyperboliques l'auteur semble avoir espérér éliminer non seulement l'aberration sphérique, mais aussi l'aberration chromatique. Cf. ci-dessous pp. 234, n. 3.

5) Pour ces efforts de DESCARTES, cf. sa lettre à CONSTANTIN HUYGENS du 11e décembre 1635 (*Oeuvres de* DESCARTES, ed. Adam et Tannery, *t. I* (*1897*), pp. 335–337 ou *Correspondence of* DESCARTES *and* CONST.

Chordarum musicarum crassitiei ratio.

IDEM dicit monachum quem sibi notum [1]) Parisijs observasse chordam *A* requirere 1 pondus, cujus chorda duplò crassior *B* (duplicatur autem duas simul convolvendo) 2, et cujus *C*, chorda duplò longior, ejusdem verò cum primâ crassitiei, requirit 4, ut eundem omnes reddant sonum. Nec mirum, inquit, quia *B* duplâ crassitie eodem modo se habet [a]) ut *B* duæ simplices separatæ [2]).




Fig. 20.

Solis radijs comburere remotissima.

Quod attinet ad inventionem hyperbolicæ sectionis ejus generis, per quam omnes radij in idem punctum refringantur, quod dictus DES CHARTES dicit se fecisse, hoc ad magnas, è longissimâ distantiâ, machinationes comburendas, aut cælestia corpora exactissimè in omnibus particulis conspicienda [3]), potest sufficere quia plus lucis requiritur quàm parvum vitrum capere potest, et maxima hyperbola difficulter, imò fortasse nequaquam, parari poterit. Quare, cùm in maximis rebus punctum mathematicum non requiratur (quia locus unum pollicem latus pro puncto est) [b]) poterit fieri quàm maximum hemisphærium [c]) ex ferro, atque in convexitate ejus primùm præparari vulgare vitrum, deinde circumferentia unum pollicem lata, quæ exactè primo possit circumponi, tertiò circumferentia ejusdem latitudinis, sed tanti circuli ut possit secundæ circumponi, et sic plures donec maxima ferè æquet circumferentiam maximam hemisphærij [4]). Ligna verò per quæ præparantur vitra circulorum majorum, poterunt [d]) medio loco esse cava ad levitatem; ita non erit necessè torno rem peragere, sed quâvis hemisphærij [e]) parte radij potest prout manus fertur; ubique enim est circularis. Peractis omnibus et vitris præparatis, omnia ita admoventur vel removentur, ut omnes radij in unum locum incidant. Meliùs quidem in hyperbolâ tali hæc peragerentur nisi ibi motus

---

[a]) *se habent.* — [b]) pas de parenthèses. — [c]) *hæmispherium.* — [d]) *poterum.* — [e]) *hæmisphærii.*

* * *

HUYGENS, ed. Roth (*Oxford, 1926*), pp. 12–14. C'était le verre, selon un ami de DESCARTES „quo etiam plantularum folia magna è tribus leucis cernerentur" (BOREL, *Vitæ Renati Cartesii .... Compendium* (*Paris, 1656*)).

[1]) MARIN MERSENNE, né le 8 septembre 1588, au hameau de La Soultière (Maine). Entré dans l'Ordre des Minimes en 1611, il demeura dès 1614 au cloître de Nevers, mais à partir de 1619 dans celui de la Place Royale à Paris. C'était là qu'il forma un centre scientifique, où DESCARTES semble l'avoir rencontré avant 1625. Dès 1623 MERSENNE publia plusieurs ouvrages de théologie, de physique et de musique, entretenant d'ailleurs une vaste correspondance avec presque tous les savants. Après une vie pleine d'activité scientifique, le Minime mourut à Paris le 1er septembre 1648.

[2]) MERSENNE avait déjà publié cette loi dans sa *Vérité des sciences* (*Paris, 1625*), p. 616, et dans son *Traité de l'Harmonie universelle* (*ibid., 1627*), pp. 147, 307, sqq. et 346–447.

[3]) Cf. ci-dessous p. 114, n. 5.

[4]) Pour ce moyen de supprimer l'aberration sphérique, cf. *t. II*, pp. 210 et 295 et pour des autres ci-dessus pp. 46–47 et p. 47, n. 1.

circularis super axem hyperbolæ exactè requireretur; cui rei fabri non assueverunt [1]).

KEPLERUS in suo *Mysterio cosmographico* [2]), *cap. I*, in annotationibus, dicit, se ipsum corrigens, motum tertium Terræ esse quietem axis Telluris. Terræ motu quies apertè declaratur.

Verè sanè, et ut antè [3]) alubi dixi, is quies est necessarius. Non aliter enim omnes partes Terræ æquales circulos describerent, quod requiritur ad facilem et naturalem ab uno movente proficiscentem motum [a]). Sic si Terra statueretur a Sole moveri Terræque Luna per vim quandam magneticam alligata, Terrâ motâ necessariò etiam Luna æqualem circulum Terrae circulo describeret. Non igitur id fit, ut KEPLERUS nimium obscure [b]), propter fibrarum naturalem et magneticam inclinationem ad quiescendum, vel etiam (inquit, at multò absurdiùs) propter continuitatem diurnæ convolutionis circa hunc axem, quæ illum tenet erectum, ut fit in turbine incitato et discursitante. Quid turbo ad hanc rem? Vide quæ antè [4]) de turbinis hac erectione meditatus sum.

Quod verò hunc pertinet, *quies*, quam vocat, tam naturalis est et tam [c]) distinctè ab intellectu comprehendi potest quàm duo et tria esse quinque. |

KEPLERUS, *cap. 33 de Motu Martis* [5]), dicit virtutem quâ Sol planetas movet, considerari debere quasi corpus quoddam [d]) geometricum et mobilia hunc speciei [e]) motricis defluxum terminare et recipere totâ suâ corpulentiâ, ut illa nus- Planetæ quomodo a Sole moveantur.

---

a) d'abord *motum mediante*; puis *mediante* barré. — b) d'abord *obscure per*; puis *per* barré. — c) *est tamque distincte.* — d) d'abord *quoddam mathematicum*; puis *mathematicum* barré. — e) d'abord *speciei immateriatæ defluxum*; puis *immateriatæ defluxum* barré.

* * *

1) C'était sans doute en partant que DESCARTES laissa à résoudre à BEECKMAN le problème des verres hyperboliques, dont il est question ci dessous p. 109. Son biographe BAILLET (*o.c., t. I, 1691*, p. 160) relève sa présence à Paris pour le Saint-Martin (15 novembre) 1628. C'était de Paris qu'il envoya à BEECKMAN l'*Algèbre* promise. Il retourna en Hollande pour s'y fixer définitivement au printemps de 1629.

2) BEECKMAN se sert de la seconde édition de ce traité, ajoutée à l'ouvrage indiqué ci-avant p. 66 et qui seule comprend des annotations. Cette édition porte le titre spécial: *Prodromus dissertationum cosmographicarum, continens Mysterium cosmographicum de admirabili proportione orbium coelestium deque causis coelorum numeri, magnitudinis motuumque periodicorum genuinis et propriis, demonstratum per quinque regularia corpora geometrica. Libellus primum Tubingae in lucem datus anno Christi 1596 a* M. JOANNE KEPLERO, *Wirtembergico, tunc temporis Illustrium Styriae Provincialium mathematico. Nunc vero post annos 25 ab eodem autore recognitus et notis notabilissimis partim emendatus, partim explicatus, partim confirmatus; denique omnibus suis membris collatus ad alia cognati argumenti opera, quae autor ex illo tempore, sub duorum Imperatorum Rudolphi et Matthiae auspiciis etiamque in illustr. Ord. Austriae Supr.-Anisanae clientela diversis locis edidit. Potissimum ad illustrandas occasiones operis* Harmonices Mundi *dicti ejusque progressum in materia et methodo. Addita est erudita* Narratio M. GEORGII JOACHIMI RHETICI *de Libris revolutionum atque admirandis de numero, ordine et distantiis sphaerarum Mundi hypothesibus excellentissimi mathematici totiusque astronomiae restauratoris D. Nicolai Copernici. Item ejusdem* JOANNIS KEPLERI *mathematici pro suo opere* Harmonices *que astronomiae restaura toris D. Nicolai Copernici. Item ejusdem* JOANNIS KEPLERI *mathematici pro suo opere* Harmonices Mundi Apologia *etc. Cum privilegio Caesareo ad annos XV. Frankofurti, recusus typis Erasmi Kempferi, sumtibus Godefridi Tampachii. Anno MDCXXI.* — in-fol.

3) Pour la *trepidatio*, cf. *t. I*, pp. 21 et 253; ci-dessus pp. 75–76 et ci-dessous pp. 108, 118, 143, 229 et 273.

4) Cf. *t. I*, pp. 30–32, 242; *t. II*, pp. 335–337, 338, 378, 379.

5) Pour le titre de cet ouvrage cf. ci-dessus p. 73, la note 3.

quam in toto mundo esse aut subsistere possit [a]) nisi in ipsis corporibus mobilium, nec sit, sed quasi fuerit, in intermedio inter fontem et mobile, planè ut lux.

At quæ de luce sentiunt physici a me antehac in multis locis [1]) sunt refutata, ubi non minùs quàm fontes ipsos esse corpora demonstravi. Quod verò hîc dicit planè absurdum mihi videtur. Quæ enim hæc foret in Sole sapientia quâ nihil nisi ad prævisum usum eijceret? quasi verò lux multis mundi partibus non sit, ubi nullus ejus usus est. Quin potiùs dicamus Solem ea corpuscula undiquaque naturaliter emittere eaque tum agere cùm subjectum in quod agere possunt, occurrunt? Id subjectum esto Terra et reliqui planetæ in vacuo hærentes, nec in hanc potiùs quàm in illam plagam vergentes ideòque a levissimâ vi (qualis videtur id quod ex [b]) Sole exit) moveri posse.

Planetæ cur talem à se invicem [c]) distantiam semper habeant.

Dixi paulò antè [2]) Lunam vi magneticâ Terræ repellente, non longiùs ab eâ removeri, quia Solis vis trahens, a Terrâ reflexa, eam retinet ne longiùs evagetur. Ibique ostendi vim magnam Solis longo itinere ad Terram veniens, non tantum perdere de virtute suâ ob distantiam Terræ à Lunâ quàm minorem vim Terræ ob distantiam eandem; id est ea virtus, quæ è longinquo exierit [d]), potest vim suam non tantum de eâ virtute remittere quàm eam, quæ è propinquo operatur in æquali elongatione ab aliquibus punctis earum linearum, id est virtus Solis in Terrâ non tantum differt à suâ virtute in Lunâ quàm virtus Terræ in Terrâ à suâ virtute in Lunâ; imò virtus Solis descendens à Sole ad Terram atque inde reflexa usque ad medium iter inter Lunam et Terram, virtus, inquam, solo quæ foret medio hoc loco, non tantum differt à virtute suâ quam exierit in Lunâ quàm virtus Terræ eo loco intermedio dicto differt à suâ virtute, quam etiam in Lunâ exierit. Idque tum probavi.

Solem autem Lunam non potiùs ad se immediatè trahere quàm a Terrâ reflexum, fieri potest ob radiorum reduplicationem, eo modo quo medius aer non tam [e]) afficitur a calore Solis quàm propinquus Terræ. Sic putari potest Solis radios inter Terram et Lunam diutiùs hærere atque ob id fieri densiores indeque fortiores quàm circa partem eam Lunæ, quæ Solem recipit. Nunc verò id videtur dici posse de omnibus planetis, inter quos etiam Terram numero, at ita ut octavi cœli lux aut virtus corporea a Sole reflexa, omnes planetas ad eum trahat, Sol verò à se repellat; atque unumquemque planetam ab utrâque virtute tantum pati quantum ejus magnitudo aut raritas patitur, ideòque diversas [f]) esse à Sole distantias [g]) [3]).

Cometarum

Cometas dixi antè [4]) generari ab excrementis corporum cœlestium. Nunc verò

[a]) d'abord *possit quam*; puis *quam* barré. — [b]) *ex* deux fois, la première à la fin d'une ligne. — [c]) *seincem*. — [d]) *exerere*. — [e]) *tamen*. — [f]) *et* [g]) *diversarum et distantiarum*.

* * *

[1]) Cf. les passages indiqués ci-avant p. 31, n. 1.
[2]) Ci-dessus pp. 74–75.
[3]) Pour la distance des planètes au Soleil, cf. ci-dessous pp. 101, 101–102, 115–116, 207 et 217–218.
[4]) Cf. *t. I*, pp. 265, 336 et *t. II*, pp. 138–139.

quid obstat quominus etiam multum terrestris substantiæ, ab igni elevatum, per impetum extra sphæram activitatis Terræ feratur, atque alubi cum aliorum corporum igneis excrementis, eodem modo a suis corporibus recendentibus combinari, totumque id ob condensationem (cùm ferè nihil sit quàm ignis) inflammari, atque ita modo [a]) fusarum, recto itinere per inane traijci? | generatio.

Aut [1]), si speciosiùs videatur [b]) in removendis et attrahendis planetis ad Solem aut Lunâ ad Terram nihil externum adhibere, concipiamus virtutes magneticas omnes attrahere quidem, sed multa esse ut lucem, calorem etc. simul exeuntia, quæ repellunt; tractoriam vim autem longiùs extendi; igniculis verò exeuntibus in eâdem elongatione, viribus esse inferiorem. Pellitur igitur Luna tàm diù quàm ignis etc. ex Terrâ exeuns, superat vim magneticam; illâ verò deficiente, manet hæc adhuc; ergo Luna trahitur usque ad locum, in quo utraque virtus æqualis est.

Planetæ cur talem situm obtineant.

Cur autem omnes planetæ circa zodiacum versentur, vide si videtur de fibris magnetis GILBERTUM [2]) Anglum aut aliquid in motu maximorum circulorum comminiscere, ac dic ibi plus virtutis excuti ex Sole et Terrâ, ubi motus est velocissimus qualis est inter polos, ibique plus esse virium, ubi plus est corpusculorum attrahentium.

Planetæ cur prope zodiacum.

KEPLERUS *de Motu Martis* [3]), *cap. 35*, sollicitus est quo pacto inter positiones stellarum stellæ [c]) remotiores et ad rectam lineam Soli oppositæ [d]) in motu non sint impedimento.

At ego qui eas a luce Solis corporea moveri dixi [4]), magis angerem nisi scirem *id quod semel movetur, semper moveri*. Manent igitur planetæ post alium latitantes in eo motu, in quo erant; imò propter refractionem nonnihil lucis ad eum venit. Ergo nullius est momenti retardatio, quæ aliqua potest esse ob absentiam partis alicujus [e]) virtutis moventis. Est tamen aliqua, quæ possit esse causa motûs aphelij.

Planetæ cur vix ullum in motu impedimentum percipiant.

Iterum [5]) de elongatione planetarum à Sole. Quid si nec stellas fixas hîc adhibeamus, nec omnes virtutes ab uno corpore accipiamus?

Sol igitur ne sit magnes, sed lumine suo pellat à se planetas; planetæ verò magnetes sint ac Sol ipsis instar ferri quem appetant. Planetæ igitur usque ad Solem moverentur suo appetitu, nisi ab eo per lumen pellerentur; quòque propin-

Planetæ cur talem à Sole situm obtineant.

---

[a]) *ita modum*. — [b]) d'abord *videatur nihil*; puis *nihil* barré. — [c]) et [d]) d'abord *stellas* et *oppositas*; puis les deux *a* surchargés de *e* à l'encre plus pâle et le *s* final barré. — [e]) d'abord *alicujus motoris*; puis *motoris* barré.

* * *

[1]) Continuation de la note ci-dessus p. 100.
[2]) Cf. l'ouvrage cité ci-dessus p. 15, la note 2.
[3]) Ouvrage cité ci-dessus p. 73, la note 3; cf. aussi p. 99.
[4]) Cf. *t. I*, pp. 92, 96, 273; *t. II*, p. 107 et ci-avant, pp. 31, n. 1; 57, n. 3 et 73, n. 5.
[5]) Cf. ci-dessus p. 100. Cf. aussi ci-après pp. 115–116 et 217–218.

quiores sunt Soli, eò plus Sol superat illos, id est lumen pellens vim tractricem. Vis igitur magnetica non tam facilè debilitatur ob distantiam, quia corpuscula sua non temerè jacit, sed per fibras quas semper obvertit corpore appetito et ad id omnes ejus tractorij spiritûs vadunt. Ubi enim magnes ferrum fortuitò radijs suis tetigerit, statim [a]) se totum ei dat seseque ad id convertit ipsique radij in ferro hærentes et ab eo reflectentes, alios omnes è magnete ad se, atque ita ad ferrum, prolectant. Solis igitur vis è propinquo fortior est virtute magneticâ. At quia ex magnete non tantum ad omnes plagas temerè spargitur ut a Sole, idcirco [b]) diutiùs servat virtutem æquabilem. Ibi igitur est planeta, ubi vires æquipollent.

Terræ excentricitas unde oriatur, Sole quiescente.

KEPLERUS paulò post principium *capitis 57 de Motu Martis* [1]) multa dicit de libratione, per quam via planetarum fit excentrica, et existimat naturam aliquam requiri, quæ planetam semper in eandem plagam dirigat, ut modo; et antehac sæpiùs audivimus quo pacto hoc absque speciali naturâ contingit. Ut potiùs hinc petenda sit ratio quare magnes ex tali Terrâ, quia ita volvitur, natus, eandem semper mundi plagam spectet.

Sol igitur circumgyratione suâ per luminis | emissionem circumvolvit Terram cum cæteris planetis cùmque vim toti Terræ inferat, cogit omnes Terræ partes circa se æqualem circulum describere. Necessariò igitur eædem Terræ partes eandem mundi plagam spectant semper. Ergo ea pars Terræ, per quam vis Solis appetendi exit [c]), interdum a Sole aversa est, interdum verò ei obvertitur. Cùm Soli obvertitur pleno flumine corpusculorum magneticorum Solem petit ideòque vim repellentem Solis per lumen superat propiùsque ad eum accedit donec æqualem vim repellentem experiatur, ut antè [2]) explicui. Tunc ergo Terra est in perihelio. At cùm ea pars aversa est à Sole, quod fit in adversâ excentrici parte, tunc contrarium fit ibique Terra longissimè abest à Sole. Medijs locis medio modo se habet hæc res, prout polus magneticus plus aut minus à Sole aversus est.

Nullus igitur ad hanc rem usus videtur libræ KEPLERianæ, cùm in corpore rotundo, qualia sunt planetæ, ne possibilis quidem videatur. Ut ergo dicit alubi [3]) sibi ab ALBERTO CURTIO vectem ereptum, sic a me sibi libram ereptam aliquando dixerit.

Sol an etiam sit magnes.

Ne quis autem existimet me injuriam Soli facere, qui ipse vim magneticam adimo, quam omnibus corporibus tribuo. Nam etsi in magnetibus, quos habemus,

[a]) *statem.* — [b]) d'abord *idcirco magi*; puis *magi* barré. — [c]) d'abord *exit aliq*; puis *aliq* barré.

* * *

[1]) Pour cet ouvrage cf. ci-dessus pp. 73, 99 et 101.

[2]) Ci-dessus p. 100 et 101.

[3]) *Tabulæ Rudolphinæ, quibus astronomicæ scientiæ, temporum, longinquitate collapsæ, restauratio continetur, a Phoenice illo astronomorum* TYCHONE.... *primum animo concepta.... Tabulas ipsas, jam et nuncupatas et affectas.... jussu et stipendiis fretus trium Imperatorum Rudolphi, Matthiæ, Ferdinandi.... continuavit..., perfecit, absolvit.... traduxit* JOANNES KEPLERUS.... *Cum privilegiis.... ad annos XXX. Anno M.DC.XXVII*, cap. XXV.

vis trahens et repellens simul non conspiciatur, potest ea tamen esse in Sole, ex quo tam abundanter effluunt corpuscula ut non possint a planetis tam citò absorberi et converti in suam naturam quàm accedunt; ideòque propinquiores repelluntur, remotiores etiam a Sole magnete trahi possunt.

Hæc obiter ut, si hæc meditatio de motibus corporum cœlestium hoc theorema requireret, statim id ad manûs haberemus.

Planetæ ab octavo coelo pulsæ quî cum magnete conveniant.

Modus trahendi magneticus etiam hîc potest esse talis, qualem nostri magnetis in aere esse putavi [1]), scilicet stellas octavi cœli totum mundum suis radijs replere, qui vel ob figuram non respondentem vel potiùs ob confusionem tam variorum radiorum non recipiuntur a planetis, sed occurrentes planetarum corporibus, eos premunt, eo modo quo aer circumstans nos undique premere dictus est [2]). At inter Solem et planetam omnia plena sunt corpusculis, quibus planeta vescitur; pauciores ergo ibi sunt radij stellarum cæterarum. Pellitur igitur planeta ad eam partem, ubi vis pellens est debilior, quæ pulsio *attractio* dicitur ejus corporis, ad quod truditur ab illis qui nihil nisi hæc duo corpora spectant.

Hæc si videtur, refer etiam ad nostrum magnetem, cùm hîc non minùs omnia radijs sint plena quàm ibi, et aer quibusdam fortassè nimis crassus videri possit quàm ut a tenuissimis corpusculis magnetis removeatur.

Vide etiam, quæ non dissimilia his, scripsi [3]) de aquâ terreâ Harlemensi, in quam profundiùs naves immerguntur quàm in purâ, dulci ob mixtionem impuri, dissimilis.

Kepleri physica de coelo ut cum meis conveniunt.

Hæc KEPLERI, quæ physicè de motu Martis scribit [a]), nimium mihi arrident et gaudio afficiunt, fortè quia diù antequam hunc vidi, ipsi mihi tale quid in mentem venit faciendum ad astronomiæ restitutionem; hoc videre est multis locis in hoc libro, præsertim ubi de motibus Terræ physicè disserebam [4]). Nunc verò [b]), cùm KEPLERUS hanc laudem mihi præripuerit, spero me aliquando, meis meditationibus, quas ille non videbit, adhibitis, absolutum opus de hac re conscripturum [5]). |

Sol a Deo semel motus semper movetur.

Quæ KEPLERUS scribit de causâ motûs corporum cœlestium [6]), videlicet per Solis [c]) motum super proprio centro, per quem etiam id quod ex Sole exit, movetur

---

a) *scribunt.* — b) d'abord *nunc verum*; le *u* de *verum* corrigé en *o* à l'encre plus pâle et le *m* final barré. — c) d'abord *Solis circumgyrati*; puis *circumgyrati* barré.

* * *

1) Cf. *t. I*, pp. 36, 101–102 et 309; *t. II*, pp. 119–120, 229 et 339–340; ci-avant pp. 17 et 26.
2) Cf. ci-avant p. 60, n. 4.
3) Cf. *t. I*, pp. 257–258.
4) Cf. *t. I*, pp. 26, 100–101, 282–283; *t. II*, pp. 107, 119–120, 138–139, 232; ci-avant pp. 74–75 et 100 sqq.
5) Cf. ci-dessus p. 74.
6) *de Motu Martis*, Pars III, cap. 33 sqq.

in gyrum eoque mediante omne id quod ex Sole [a]) effluit, tangitur — id, inquam, nonnihil differt ab eo quod ipse hac de re antè [1]) scripsi, videlicet [b]) omnes globos circa Solem semel a Deo esse motos atque ita naturaliter in eo motu manere nec posse unquam quiescere nisi ipse Deus jusserit; idque fieri ratione naturali, quia *id quod semel movetur, semper movetur*, nisi causa mutationis intercesserit. Et tamen in Solis motu meum theorema ab ipso tandem erit assumendum, et procul dubio etiam aliquando intelliget effluxum illum [c]) non esse immateriatum.

Homo extra activitatem Terræ positus, quî stellas inviseret.

Quicquid sit, hoc saltem hinc videtur sequi, si quis homo in navi sedens extra sphæram [d]) activitatis Terræ tentaret vel ad Terram redire vel propinquiùs ad Solem appellere vel ad alium quemvis planetam, id multò faciliùs ipsi fore quàm planetas circa Solem moveri. Homo enim is et clavum et remos et quidlibet posset habere quo navem suam in flumine hoc circulari posset dirigere. Hoc posito, si quis hinc per navem extra activitatem Terræ posset excedere (de quâ re vide ea quæ antè [2]) scripsi), is non aliter omnes planetas inviseret quàm nunc nautæ nostri omnes regiones Terræ investigant [e]) [3]).

Lux an sit corpus.

KEPLERUS [f]), *cap. I Paralipomenon in Vitellionem* [4]) multa scribit de luce, quo pacto oculis inhærere possit, etiam à Sole remotis, et cætera ejus generis obscurè, ob eam duntaxat causam quia veretur lucem *corpus* vocare. Vide quæ antè [5]) de ijsdem [g]) rebus multò certiùs scripsisse videor.

Refractionis natura.

Utinam KEPLERUS eum laborem sumsisset in excolendâ verâ refractionum ratione (de quâ [h]) ipse antè [6]) multis in locis), quem *capite quarto Paralipomenωn* [i]) de refractionis <mensurâ> [k]) sumpsit, procul dubio ad optatum finem pervenisset.

Refractionum enim causam dixi esse reflexionem ad primam superficiei particulam [7]). Post primam autem reflexionem intra aquam ad omnes quidem reliquas particulas reflectitur, sed ob particularum uniformem situm reflexiones omnes sunt similes, ideòque linea intra aquam ex multis angulis æqualibus composita, videtur recta. Hæc reflectio est in causâ cur aquarum profundiorum fundus tam manifestè conspici non possit quàm aquarum [l]) minùs profundarum, semper aliquid radiorum ad particulas reflexorum [m]), alio quàm ad fundum manifestandum

---

[a]) *id quod ab eo quod ex Sole* (texte corrompu). — [b]) *viz.* — [c]) *effluxum eum.* — [d]) *spaeram.* — [e]) *investigat.* — [f]) *Kepl.* — [g]) *eiisdem.* — [h]) *de quo.* — [i]) *Paralip.* — [k]) *mensura* omis. — [l]) d'abord *aquarum non tam*; puis *non tam* barré. — [m]) *refexorum.*

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 10, 24, 104–105, 253 et *t. II*, p. 151.

[2]) Cf. *t. I*, pp. 242–243 et ci-dessus pp. 13 et 24, n. 2; cf. ci-après p. 117.

[3]) Il se peut que quelques-unes des notes précédentes ou suivantes aient été redigées à Middelbourg, où l'auteur est mentionné, le 15 decembre 1628, comme assistant au baptême de MAYKEN, fille de PIERRE DE CERF, fils de son beau-frère, et de MAYKEN TORREELS. Pour ce PIERRE DE CERF, cf. ci-après p. 363.

[4]) Pour le titre exact de cet ouvrage, cf. *t. I*, p. 99.

[5]) Cf. les passages indiqués ci-avant p. 74, n. 4; puis pp. 99–100.

[6]) *O.c.*, pp. 76–158.

[7]) Cf. notamment *t. I*, pp. 211–212 et ci-dessus pp. 27 et 28.

resilientium, eo ferè modo quem KEPLERUS hoc capite, *propositione XI*, ubi de Batavis agit [1]), in speculis explicat, excepto [a]) eo, quod ego in singulis particulis etiam intermedijs considero id, quod is superficiebus duabus tantùm ascribit.

Imò crepusculorum ratio hinc etiam peti posset, non tantùm ut KEPLERUS facit, verùm ad singulas aeris particulas radijs reflexis et partem sui undiquaque sine ordine spargentibus. Crepusculorum ratio.

Et quod *cap. 8, num. 3* dicit [2]), fieri potest per refractionem ad materiam, quæ volitat supra nostrum aerem, nisi calculus nimis altè eam materiam locaret. Interim ipse ibi probabiliter. |

Qui volet idem facere cum planetis, quod fit cum fixis, is sibi faciat sphæram ex ferreis [b]) cupreis filamentis, in quâ omnes planetæ secundùm veram proportionem ab invicem distent, sive circulis sive rectis lineis affixi; sitque Sol (si videtur) centrum [c]), fixæ verò sint veræ fixæ in macrocosmo. His ita dispositis, poteris ad quodvis momentum cœlum disponere uti reverâ est et manifestò videre omnia phænomena macrocosmi, quæ difficulter solâ mentis acie comprehenduntur; imò indocti hæc magnâ cum voluptate spectabunt et facillimo negotio ea quæ nunc nullo modo capiunt, intelligunt. Hanc sphæram [d]), eamque satis amplam, mihi aliquando faciendam propono. Talem existimo ARCHIMEDEM, sumptibus HIERONIS, fecisse [3]) vitroque texisse, at nullo modo perpetuò mobilem; vulgus verò ut, omnia, ita hoc ejus instrumentum supra veritatem admiratum, id ipsum [e]) simile macrocosmo in omnibus esse dixisse. Sphæra exacta ut facienda.

Ex principio *capitis decimi* ejusdem [4]) intelligi potest causa quam ego antè alubi [5]) sollicitè quæsivi, cur in navi motâ existentibus interdum aqua, interdum verò navis moveri videatur, cùm videlicet oculos vel prope navem versus aquarum particulas, quæ navem alluunt, convertimus, vel longiùs aquam spectamus. Existimat hîc KEPLERUS majorem rem duarum visarum videri quiescere, quia plus oculi occupat, minores verò directè visæ motum statim sentiri quia mutatio est insignis; sic, inquit [6]), Luna supra nubes celeriter motas, ipsa celeriter moveri putatur. Motum non moveri et contrà cur videatur.

Notat KEPLERUS ad finem ejusdem libri pag. 436 ad *prop. 24* lucem non colorari Lux quomodo

---

[a]) *exepto.* — [b]) *ex ferres* ou *ex ferros.* — [c]) *centum.* — [d]) *spraeram.* — [e]) d'abord *ipsum nimis*; puis *nimis* barrè.

* * *

[1]) *O.c.*, p. 143. La question de l'apparition prématurée du Soleil, soulevée ci-dessus p. 87.

[2]) *O.c.*, p. 297: „An fieri possit, ut in centrali conjunctione luminarium, Sol tamen non totus lateat?"

[3]) Pour la sphère céleste d'ARCHIMEDE cf. p.e. CICERON, *de Republica*, I, 14, *Tuscul dispp.*, I, 25 et *de Natura Deorum*, II, 34. Le projet de BEECKMAN fut exécuté bientôt par BLAEU.

[4]) De KEPLER, *Ad Vitellionem paralipomena (1604)*, p. 324.

[5]) Cf. ci-avant p. 23.

[6]) La citation n'est pas litérale.

sit materia colorum.

in repercussu, unde magis confirmatur opinio mea de colore [a]), videlicet [b]) eum aliud non esse quàm lucem refractam [1]).

Lux enim in superficiem incidens reflectitur quidem ab eâ, ac formam accipit in asperitatibus superficiei, quæ talem colorem exhibent, sed tam debiliter formatur et tam multæ lucis partes à superficie repercutiuntur, quæ istam formam non habent (quia vel in apices asperitatum inciderant vel in tales partes laterum, in quibus non franguntur aut ita cum alijs radijs combinantur ut talem colorem faciant [c]))[d]) — tam multæ, inquam, lucis particulæ non affectæ tanquam à speculo repercutiuntur, ut totum id quod repercutitur, tam paucos radios habens formatos, sufficiat duntaxat ad immediatè oculis eum colorem insinuandum. Radij verò totum perspicui colorati corpus transeuntes, omnes in anfractûs illos necessariò incidunt, per quos color talis in re videtur [e]). Transire enim aliter non possunt quàm per eos poros multipliciter ad eorum latera impingentes et sibi invicem occurrentes atque ita eam combinationem nanciscentes, quæ sequitur ex compositâ taliter re; quæ combinatio varia, pro variâ texturâ corporis, varium eum sensum et punctionem oculis infert, quam *colorem* vocamus. Non igitur mirum si omnibus radijs, taliter formatis, murus, in quem incidit, coloratus videatur [f]), id est si a muro nonnulli radij illæsi, id est suam combinationem retinentes, ad oculos repercutiantur. Cùm autem in muro multi radij ita discutiantur ut conformatio ea frangatur et evanescat, patet etiam immediatè per vitrum coloratum colorem visum esse sinceriorem et pleniorem. Videndum igitur an hinc nihil jucundi ostentationis gratiâ etc. possit emergere. |

Planetarum cum Sole respectus absque directione.

KEPLERUS *cap. 57 de Motu Martis* [2]) supponens in planetis partem unam Solis appetentem, alteram verò à Sole fugientem, potest hoc præsupposito efficere ne Terra aut reliqui planetæ propiùs ad Solem veniant aut longiùs ab eo removeantur quàm in principio creationis fuerant. Nam unâ centri revolutione semper pristina distantia à Sole restituitur; at si centrum quiesceret, procul dubio tandem usque ad Solem perveniret vel à Sole extra activitatem utriusque removeretur. Jam verò ab apogæo usque ad perigæum Terra mota toto hoc semestri tantum solummodo Soli admovetur, quantum eo tempore virtus tractoria [g]) potest [h]), quam potentiam deprehendimus esse [i]) excentricitatem; sequenti verò semestri tantundem à Sole removetur.

Quæ optimè omnia sequuntur ex conversione [k]) amicæ partis ad Solem vel inimicæ, quam conversionem causatur quies necessaria axis, id est, ut antè [3])

[a]) d'abord *de luce*; puis *luce* barré et *colore* écrit dans l'interligne. — [b]) *viz.* — [c]) *faciat.* — [d]) pas de parenthèses. — [e]) d'abord *videtur. Transeundo enim*; puis *Transeundo enim* barré. — [f]) *videntur.* — [g]) *tractioria.* — [h]) d'abord *potest viz.*; puis *viz.* barré. — [i]) d'abord *esse dista*; puis *dista* barré. — [k]) d'abord *conversione unius partis*; puis *unius partis* barré.

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 28, 327 et *t. II*, pp. 76, 93, 251, 299, 317 et 329.
[2]) Ouvrage cité ci-dessus pp. 73, 99, 101 et 102.
[3]) Cf. ci-dessus pp. 75–76, 99 et 102.

dixi, omnium partium motus æqualis in circulo æquali absque ullâ vi directoriâ ad certam plagam, ita ut hîc nihil in planetâ considerandum sit quàm simplex sympathia vel antipathia respectu Solis, non aliter quàm magnetis ad ferrum; nam etsi in magnete etiam poli respectus observetur, id tamen fit a Terrâ in quâ magnes [a]) nauticus est, ita ut Terræ conversio magnetem nauticum secundùm suum motum disponat. Planetæ verò nihil habent quod sequantur in nudo spacio; non igitur oportet ipsis vim ascribere directoriam sine ullo fundamento, præsertim cùm jam sæpè [1]) ostenderim axem parallelum manere ob alias causas omninò necessarias; sufficiat igitur illis ea unica virtus perque eam omnia excusentur. Atque esto causa, quæ omnes particulas planetæ circulariter circa se [b]) movet, fortior quàm hæc sympathia, cùm hæc toto anno non plus possit quàm excentricitas ostendit, illa vero efficiat eodem anno ut tota Terra per tantum circulum circa Solem moveatur; cùm tamen aliquid possit, sit perpetua quædam inclinatio ad Solem unius partis, alterius verò perpetua aversio exigua, quæ successu temporis fiat sensibilis ad præcessionem æquinoctiorum vel promotionem apsidum causandam.

F. MARINUS MARSENNUS Minimus *Lib. II partis 2, prop. XV* [2]) dicit lances majores plurimorum artificum minùs exactas esse minoribus gemmariorum, quia illæ rudes sunt et materiæ pertinaciæ obnoxiores, hæ verò exquisitiùs elaboratæ. Bilances gemmariorum cum majoribus conferuntur.

At, inquam ego, nunquam lances publicæ [c]) tam exquisitè poterunt [d]) elaborari ut gemmis satisfaciat nedum minores certitudine superent. Nam gravissima brachia tam fortiter trutinæ incumbunt suisque asperitatibus (quas etiam levissima corpora semper habent) trutinæ cavitates et contra [e]) ita opplent, ut exigua pondera eas nequeant attollere et ita supra cavitatum margines elevare, ut libera ponderis motum brachia sequantur. Levia verò brachia nec ita suas asperitates insinuant et faciliùs tantum ab exiguo pon | dere moventur ut asperitates ascendant supra [f]) cavitatum margines, hîc non tam longè ab extremis asperitatum punctis distantes.

Malè etiam meo juditio *prop. XXVI* malum et vela expansa ad vectem reducit. Fune enim summitati mali allegato, equus non trahet faciliùs navem quàm si infimæ ejus parti alligetur, etiam si [g]) ubique funis horisonti parallelus ponatur et Malus navis non est vectis.

---

[a]) d'abord *magnes noster est*; puis *noster est* barré. — [b]) *circa se se.* — [c]) *publice.* — [d]) *poterent.* — [e]) d'abord *contra oppluit*; puis *oppluit* barré. — [f]) d'abord *supra margines*; puis *margines* barré. — [g]) d'abord *si equus*; puis *equus* barré.

* * *

[1]) Cf. les passages cités ci-avant p. 75, n. 6 et p. 106, n. 3.

[2]) En octobre ou novembre 1628 MERSENNE avait envoyé à RIVET à Leyde des exemplaires d'un recueil en plusieurs volumes qu'il avait publié sans se nommer: *Synopsis mathematica* (*Parisiis, 1626*) (cf. la *Correspondance du P. Marin Mersenne, t. II* (*Paris, 1936*), pp. 105 et 152). C'était RIVET qui en avait cédé un exemplaire à BEECKMAN. Le second volume est celui dont il est question et s'intitulait: *Mechanicorum libri et Commandini et Lucae Valerii libri de Centro gravitatis solidorum. Ad Dominum D. De Refuge senatorem Parisiensem, Lutetiæ, ex Officina Rob. Stephani, M.DC.XXVI. Cum privilegio Regio*; in-16°; 340 pp. La seconde partie du Liber II porte le titre: *de Ponderibus obliquis et de viribus vectis et libræ et aliarum machinarum ad ea reductarum.* Nous ne connaissons que deux exemplaires du volume en question (Copenhague, Bibl. royale et Bordeaux, Bibl. municipale).

nautæ [a]) funem summitati potiùs alligent ut ab impedientibus palis ripæ liberetur.

Præcessio æquinoctiorum quomodo per Solis effluvia perficiatur.

Præcessio æquinoctiorum etiam ex ijs sequi videtur, quæ antè [1]) dixi de motu omnium punctorum in Terrâ per Solis radios in circulis æqualibus, ideòque non esse necessarium vim quandam directricem fingere.

Cùm igitur Sol super axe suo se convertens, igniculis suis exeuntibus, omnes planetas, eâdemque operâ Terram, versus eandem plagam moveat, necessarium est omnia puncta Terræ per vices Soli esse proxima et ab eo esse remotissima. Id enim punctum in Terræ superficie, per quod è centro Terræ usque ad Solem rectâ ducitur, est Soli proximum; quod verò in eâdem rectâ à Sole per centrum Terræ ad aversam superficiem Terræ ducitur, est punctum à Sole remotissimum. At cùm Terra super axe suo celerrimè moveatur, fit ut singulis momentis ea puncta mutentur, nullumque eorum ob remotionem hanc, aut contra, aliquid patiatur. Soli verò Terræ poli quiescunt ijque non singulis diebus, sed tantùm quotannis vicissim Soli et proximi sunt et ab eo remotissimi. Cùm igitur Sol agat in ea puncta per corpuscula ex se exeuntia, certum est ea puncta Terræ, quæ à Sole remotiora sunt, minùs pati a Sole quàm puncta proximiora. Unde sequitur eum Terræ polum celeriùs cum Solis radijs rapi, quæ Soli est propinquior. Cùmque poli Terræ semper æqualiter jam dicantur distare à polis zodiaci, id est [b]) Solis (nam de inæqualitate præcessionis æquinoctiorum et declinationis mutatione nihil cum KEPLERO [2]) dicam, cùm docti dubitent an sit [3])), necessariò poli Terræ locum mutant in circulo æquali circulo arctico, ac successu temporis totum eum percurrent, eo modo quo KEPLERUS, libro [c]) *de Motu Martis* [4]), *cap. 68* pag. 322 in margine, de polorum Terræ motu scribit.

Et si quis existimat Terræ motum νυχθήμερον [d]) non totam varietatem [e]) punctorum propinquiorum et remotiorum abolere, is facilè videbit id potissimum putandum de punctis circa polos Terræ, id est puncta propinquiora polis maximè eam varietatem retinere, at non [f]) ut opponuntur ijs punctis, quæ sunt in ijsdem [g]) circulis [h]) et quorum poli Terræ sunt centrum, sed quatenus opponuntur punctis magis aut minùs meridionalibus, ita ut id tantùm dici possit polos maximè affici, reliqua verò puncta tantò minùs, quantò magis à polis distant.

Hoc modo igitur ostendi omnes tres Terræ motûs perfici absque ulla insitâ vi fictitiâ, et ex motu corpusculorum ex Sole ejaculatorum sequi consequutione [i]) mathematicâ.

a) d'abord *nautae potius*; puis *potius* barré. — b) *zodiaci. i.* — c) *lib.* — d) d'abord νυχθήμερον *etiam*; puis *etiam* barré. — e) *varietietatem.* — f) d'abord *non tam*; puis *tam* barré. — g) *eiisdem.* — h) *circellis.* — après *circellis* d'abord *cujus ce*; puis *cujus ce* barré; après *circellis* de nouveau *ce.* — i) *consequtione.*

* * *

1) Cf. ci-dessus pp. 106–107.

2) Cf. *de Motu Martis* etc., *Pars quarta, cap. LVII.*

3) La trépidation (sur elle cf. ci-dessus, pp. 75–76 et 106, n. 3) était niée notamment par TYCHO BRAHE (*Astronomiæ instauratæ progymnasmata* (*Vraniburgi-Pragæ, 1602*), pp. 253–255, mais admise e.a. par COPERNIC et KEPLER.

4) Ouvrage cité ci-dessus pp. 73, 99, 101, 102 et 106.

Magni usûs foret in astronomicis invenisse modum quo Solis etc. umbra vel lumen tam celeriter videretur moveri, ut nictu oculi locus, in quo esset, deberet indicari, id est ut rotis multiplicatis ultimus motus fit tam celer quàm quis velit primo insensili existente. Ita videndum an Solis umbra vel lumen, quod jam insensibiliter movetur, non possit ad sensibilitatem reduci. Umbra Solis quomodo celerrimè moveri videri possit.

Id fiet in clausâ camerâ, ubi Solis radius per foramen ingressus [a]), longiùs porrectus, distinctiùs quàm in luce vi | deri potest. Transeat igitur Solis lux per exiguum foramen in speculum oppositum [b]), ad parietem adversum cameræ positum. Ab hoc speculo reflectatur in aliud quàm longissimè in eâdem camerâ à primo distans; ab hoc item eodem modo in tertium, atque ita deinceps, donec radius tam longus fit, ut in pariete, ad quem ultimò pervenit, oculariter moveri videatur. Ita instans temporis et punctum motûs sumi poterit.

Quod quanti usûs futurum sit, astronomi [c]) et nautæ viderint [1]).

1° Feb. 1629 Dortrechti [d]).

Hyperbola, per quam omnes radij paralleli in unum punctum exactè incidant, demonstrata.




Fig. 21.

Hanc de hyperbolâ propositionem D. DES CHARTES indemonstratam reliquerat[2]), ac me rogavit ut ejus demonstrationem quærerem; quam cùm invenissem, gavisus est ac genuinam esse judicavit [3]).

---

[a]) d'abord *ingressus diutius*; puis *diutius* barré. — [b]) *oppositium*. — [c]) *astromini*. — [d]) cette date se trouve au début du fol. 338*verso* à droite de la figure.

* * *

[1]) Le reste de la feuille est occupé par des extraits („*ex scriptis* D. DES CHARTES *antè sæpe dicti ad verbum descripta*"), empruntés probablement à l'*Algèbre* que DESCARTES avait promis de vouloir envoyer de Paris (cf. ci-dessus p. 95). Nous reproduisons ces extraits au *t. IV*.

[2]) A l'occasion de sa visite du 8 octobre 1628 lorsqu'on avait discuté le sujet (cf. ci-dessus p. 98).

[3]) Selon toute apparence BEECKMAN avait trouvé la présente démonstration peu de jours après que DESCARTES lui avait proposé le problème. BEECKMAN attendit jusqu'au 1er février 1629 pour insérer sa démonstration parmi ces notes ayant reçu vers cette dates des lettres de son ami qui y donna ou renouvela son approbation. Ces lettres accompagnèrent sans doute l'envoi promis de l'*Algèbre*, où DESCARTES avait peut-être inséré la démonstration en question, comme il dit dans sa lettre à BEECKMAN du 17 octobre 1630 en avoir eu l'intention. La réception de cette *Algèbre* est confirmée par la note 1 ci-dessus.

Ea autem talis est:

Sint A, E *duo foci, partes hyperbolarum* GB *et* UC, WG *radius parallelus* AE, *perpendiculariter* GF *incidens, et refringatur in* E; *vel ex* E *in* G *incidens, refringatur parallelus in* W. *Sitque* AG *altera linea, ex quâ cum* GE *hyperbola describitur, sintque* QR *et* ST *sinus radij egredientis et ingredientis ad perpendicularem* HQ, *quæ tangentem* GM *secat ad angulos rectos.* GM *verò ex bisectione anguli* AGE *nata est. Ostendendum est* ST *se habere ad* QR *ut* BC *ad* AE.

At cùm *QRG* et *HIG* triangula similia sint, ut et *STG* et *GHF*, certum est *ST* esse ad *QR* sicut *GF* est ad *HI*; cùmque *IHE* et *GFE* etiam similia sint, erunt

ut GF ad HI, sic GE ad HE.

Fiat jam *GN* æquale *GA*, et *OA* et PN æqualia *AB*, quod etiam æquale est *CE*. At ablatis æqualibus *GP* et *GO* ex *GE* et *GA*, erunt *PE* et *BE* a) æqualia ex constructione hyperbolæ; vertex enim *B* notatur, cùm *AO* super centro *A* et *EP* super centro *E* motæ unam rectam efficiunt se invicem tangentes ad *B*. Cùm autem *NP* æquale sit *AB* et *EC*, erit *NE* minor quàm *AE* duplici *AB*, id est *AB* et *EC*, ergo æqualis *BE* b). Cùmque *AN* recta per 9 *primi* EUCLIDIS sit ad angulos rectos ad lineam *GM*, erunt *GH* et *AN* parallelæ et triangula *ANE* et *HGE* similia, ideòque

<*ut*> c) *NE ad AE, sic GE ad HE*, ergo etiam *ut BC ad AE* et hæc *ut ST ad QR*.

Quod erat demonstrandum.

Idem fiat per numeros:

Sit *BC* 10, *AE* 12, *GE* 15, ergo *HE* 18. Id autem hoc pacto probatur: *EGGA* 20 dant *GA* 5, ergo *AMME* 12 dant *AM* 3. Quadrata *GA* et *AE* 169 à quadrato *GE* 225, restat 56. Id divisum per duplum *AE* 24, habetur *FA* $2\frac{1}{3}$; ergo *FM* $5\frac{1}{3}$. Et quadratum *FA* $\frac{49}{9}$ à quadrato *AG* 25, restat quadratum *GF* $\sqrt{\frac{176}{9}}$.

Ut autem FM $5\frac{1}{3}$ *ad GF* $\sqrt{\frac{176}{9}}$, *sic GF* $\sqrt{\frac{176}{9}}$ *ad HF* $3\frac{2}{3}$.

Hoc cum *FA* $2\frac{1}{3}$ et *AE* 12, facit 18, ut supra | 1).

Frigiditatis causa in aere est major aut minor densitas.

1629, 18° Feb. venit mihi in mentem cogitare de causis frigiditatis aeris. Et visum est eam referre ad aeris crassitiem et tenuitatem, prout pluribus vel paucioribus vaporibus refertus est, ita ut ideò tantùm ventus orientalis videatur gelu procreare, quia aerem vaporibus purgat. Purgat autem eum quia siccus est; siccus est quia ex plagis terrestribus advenit; in ijs autem creatus est ex siccis vaporibus et halitibus, qui halitûs, etiamsi videri possent calidiores Occidentalibus et aqueis vaporibus, dico tamen nihilominus aerem, ijs occupatum, esse frigidiorem idque quia eum minùs complent. Videmus autem quò quid est densiùs, eò plus capit ca-

a) *PE* et *AE*. — b) *æqualis BC*. — c) *ut* omis.

* * *

1) A partir du fol. 339*recto* jusqu'àu fol. 340*recto*, l. 24 suivent de nouvelles copies de deux problèmes résolus que DESCARTES semble avoir insérés également dans son *Algèbre*; celui de MYDORGE: „*Parabolâ duo media proportionalia inveniri posse demonstratur*" et l'autre de DESCARTES lui-même: „*Parabolâ æquationes cossicas lineis exponere*". On les trouvera au *t. IV*.

loris; ideò ferrum magis potest calefieri quàm lapis etc. Sic necessè est in aquâ plus ignis esse quàm in parte aeris tali, quæ æqualem illi aquæ locum occupat; idcirco si totus aer esset aqua, nunquam hic congelaretur; nunc verò plurimo existente aere, paucâ verò aquâ, facili negotio totus aquæ calor in vacuum vel aerem[a]) evolat celeriùs quàm à cœlesti calore potest restitui.

At inquies [b]), cur igitur crassus aer, etiamsi plus habeat caloris quàm tenuis, tactum nostrum non magis quàm tenuis frigore pungit, eo modo quo aqua, etiamsi (ut dicimus) plus caloris continet quàm aer, tactum nostrum magis quàm aer frigore pungit?

Respondeo [c]) id fieri quia aer tenuis plus caloris a præsenti statu temporis posset conti | nere quàm continet, si magis esset materiatus. Accedente igitur vapore, sufficit Sol hibernus totum id complere; at aqua tam densa est ut ignis hic hibernus omnes ejus particulas non possit implere, ideòque tam multæ adhuc sunt ejus particulæ ab igni intactæ, ut tactus noster plures frigidas quàm calidas sentiat. In Septentrionaliori verò plaga aer crassior ibi minùs calet, quia tam pauci ibi Solis igniculi adsunt.

Quo pacto autem [d]) radij, perpendiculo propinquiores, plus ignis afferant, alubi [1]) luculenter satis demonstravi.

Cæterum [b]) cùm multus ignis adest, densiora magis calent rarioribus; cùm paucus, eadem magis frigent. Sic fervet aqua multo igne, eodem verò aer tantùm paulò[e]) incalescit; Sol vehemens, marmor calefaciens, acriùs sensum ferit quàm lignum aut aqua.

Ignis multus densiora magis calefacit rarioribus et contrà.

Aer qui multus est, sola causa est frigoris et caloris. Hic enim si friget, gelat, etiamsi omnis aqua ferveret. Statim enim totus hic fervor in aerem abeuns per eumque sparsus, non sentiretur; statim, inquam, quia omnis calor semper fluit, ut antè [2]) satis perspicuè scripsi. Aer igitur plenus vaporibus, hìc calidior est, ubi ignis sufficit ut totum id compositum sensibiliter alteret; in frigidiore verò regione, ubi non sufficit, densitas ejus et vaporum abundantia potiùs frigus vehementius causatur.

Vide quid antè [3]) scripserim de vaporibus salsis, quorum insitus calor accedens huic rationi multò magis caliditatem introducit [4]).

---

[a]) *in vacuum calore aerem.* — [b]) pas de blanc entre cette note et la précédente. — [c]) *Resp.* — [d]) d'a bord *autem ob*; puis *ob* barré. — [e]) le ms porte: *valde.*

* * *

[1]) Cf. *t. I*, p. 212 et ci-avant, p. 27.
[2]) Cf. *t. I*, pp. 132–133, 134, 216; *t. II*, pp. 77, 120 et 149.
[3]) Cf. *t. I*, p. 288 et *t. II*, pp. 9, 16, 78, 324 et 451.
[4]) Notons ici que c'était le 28 février 1629, donc vers l'époque où furent consignées les notes actuelles, que MERSENNE addressa à BEECKMAN sa première lettre à propos d'une communication que celui-ci avait faite à RIVET sur DESCARTES. BEECKMAN semble avoir répondu au Minime vers le milieu de mars 1629 (voir cette lettre au *t. IV*).

Lux quantum temporis eundo occupet, explorare.

Scripsi antè aliquando [1]) putare homines lumen nihil temporis requirere ad quodvis spacium peragrandum, quia nulla mensura est quâ tanta luminis celeritas potest metiri, eo modo quo lumen celeritatem sonituum metitur.

At hodiè, qui est 19 Martij 1629 te Dort, mihi incidit modus aliquis quo id fieri possit.

Distet homo ab alio per tot miliaria per quot [a]) bombardi explosi lumen potest videri; et quo spatium hoc sit majus, stet uterque in monte excelso, ne quid in medio obstet quo minus lux vel flamma ignis accensi videri possit. Verisimile autem est magnum spatium requiri ad differentiam aliquam notandam tempore, ob incredibilem luminis in movendo celeritatem [2]). Uterque homo habeat exactissimum horologium portatile [3]) et uterque, tam is qui bombardo exploso astat quàm qui tam longè ab eo remotus est, uterque, inquam, eo momento quo lumen videt, in horologij celerrimâ rotâ notet punctum aliquod, vel atramento vel alio modo, quo exactè potest scire [b]) quot denticuli tacti fuerunt dum sibi invicem in viâ occurrerunt. Uterque enim, cum horologio suo ad socium proficiscatur, atque ubi sibi occurrerint, unusquisque numeret quot denticuli in suo horologio transierint, idque sæpiùs fiat, permutatis horologijs.

Verisimilè mihi videtur, non tantam esse lucis celeritatem, quin illi deprehensuri sint plures dentes transijsse in horologio ejus, qui bombardo exploso adstiterat. |

Myn pladt met loot beleydt, waerom het scheurt ende de remedie daerteghen.

Als het loot op myn pladt (dat de magistraet van Dortrecht met groote kosten tot myn speculatie doen maken hebben [4])) geleydt wiert, so seyde my de wercklieden, dat het loot altyt somers door de hitte van de Sonne oppuylde ende dickwils so seer, dat het loot daerdoor borst ende scheurt. Hebbe oock dat oppuylen [c]) nu selfs mede gewaer geworden.

Ick gaf hiervan reden, te weten dat de hitte van de Sonne door het loot gaende, verdunt al de vochticheyt, die tusschen het loot ende de solder is, eveleens gelyck in het DREBBELiaens instrument de locht verdunt wort, of gelyck een weynich waters, in eenen yseren bol by het vier geleydt, door een kleyn gaetken door de wermte damp geworden synde, so sterck vliecht, dat het in stede van eenen blaesbalck dienen kan. Dese vochticheyt dan tusschen de solder ende het loot damp geworden synde, beslaet meer plaetse; om welcke plaetse te bekommen, perst sy het loot opwaerts.

---

a) *per quod.* — b) *scrire.* — c) *oppuyle.*

* * *

1) Cf. *t. I*, pp. 99–100 et *t. II*, p. 253.

2) Néanmoins les partisans de la théorie de la nature corpusculaire de la lumière qui croyaient la vitesse de cette lumière finie, semblent avoir supposé cette vitesse trop petite. Cf. les propositions que BEECKMAN a fait pour sa mesure plus tard (pp. 227–228, 236–237, 250 et 349).

3) Les horloges portatives ou montres furent inventées vers 1510 par PETER HELE (oeufs de Nüremberg). Elles avaient pour moteur un ressort spiral, réglé par une fusée; le régulateur en était le balancier, réglé par l'échappement à roue de rencontre des horloges mentionnées au *t. II*, p. 297 et ci-avant p. 76. Ces montres marquaient les minutes. On les portait souvent autour du cou au moyen d'une chaine de prix.

4) Cf. ci-dessus p. 85.

Dese vochticheyt kan door lanckheyt van tyden door het loot dringhen of door d'een of d'ander gerre, want een weynich is genoech om groote bobbels in het loot te maken. Of het houdt nat synde droocht also, of syn natuerlicke vochticheyt wort van langherhandt also door de hitte verteert, of het houdt treckt van onder uyt de kamer van langherhandt vochticheyt in sich, gelyck men de deuren siet swellen in vochtich weder; welcke vochticheyt subitelick door de hitte verdunt wordende ende tot damp gemaeckt synde, en kan so haest doort houdt denselfden wech, daert doorgekommen is, niet geraecken, de voorseyde gaetjens [a]) oock met vochticheyt gestopt synde, ja selfs den damp en kan metterhaest niet gaen deur sommighe gaetjens, daer de vochticheyt van langherhandt ende alleynskens met een weynich seffens doorgeraeckt.

De remedie teghen dit puylen gaf ick oock, te weten dat men veel gaetkens booren soude [b]) in de solder, want dan sal den damp daerdeur na beneden in de kamer vlieghen, daert open genoech is.

Numeri minores quàm nihil multiplicati quomodo aliquid producant.

CLAVIUS *cap. 6* [c]) suæ *Algebræ*, „*de Numeris minoribus quàm nihil*", dicit: „*debilitas ingenij humani accusanda est*" [1]). Quo pacto in verum esse possit, intelligens multiplicata duo, minora quàm nihil, in se invicem aliquid producere [2]).

Attamen videor mihi id satis capere idque hoc modo:

0 — 2 gemultipliceert met 0 — 2, gemaeckt 0 + 4, dats 4. Om dit te begrypen, so noempt al dat onder 0 is, ten achteren, ende seght: die drymael syn capitael ten achteren is, dat hy heeft 0 — 3 (het capitael synde 1). So oock: hy is een half capitael ten achteren, dat is 0 — 1, gemultipliceert door $^1/_2$. Maer 0 — 1 gemultipliceert door 0, dats niet, te weten 0. Ergo met hoe min men de tachterheyt multipliceert, hoe meer datter | kompt, selfs in onse gemeene propoosten. Want het voorschreven [d]) is te segghen, dat men effen niet <en> [e]) heeft. So 0 — 1 per 0 — $^1/_2$, is de helft min dan een capitael ten achteren; dat is: men heeft noch een half capitael, te weten 0 + $^1/_2$. So 0 — 1 per 0 — 1, is eens min ten agteren dan één, dat is heeft nog één, te weten 0 + 1. 0 — 2 per 0 — 1 is eens min dan 2 capitalen ten achteren, dat is: heeft se noch beyde, te weten 0 + 2. So 0 — 2 per 0 — 2 is 2 mael min dan 2 ten achteren, dat is heeft 2 mael 2 capitalen, dats 4.

Indien ymant 4 ß winnende, niet meer dan 2 ß en profiteert voor sichselven, die behoort oock, als hy 4 ß verliest, maer 2 ß te missen, dat is *ut* + 4 *ad* + 2, *ita* — 4 *ad* — 2; nam + 2 in — 4 facit — 8, quæ per 4 divisa, faciunt — 2. Also loopt men van wedersyden proportionaliter tot 0, dat is *niet*. Indien ymant, die 4 ß wint, 2 ß moet geven, die behoort, als hy 4 ß verliest, 2 ß te hebben, id est [f]) + 4 *ad* — 2, *ita* — 4 *ad* + 2 [3]).

[a]) *voorss gaetjen.* — [b]) *soudt.* — [c]) *cap. 7.* — [d]) *voorss.* — [e]) *en* omis. — [f]) *hebben i. e.*

* * *

[1]) *Algebra* CHRISTOPHORI CLAVII *Bambergensis e Societate Jesu* (vignette) *Romæ, apud Bartholomaeum Zannettum. Anno M.DC.VIII. Superiorum permissu.* — in-4°, XXXVI, 383 pp. — p. 31, l. 1–2.

[2]) Sur les nombres en question cf. ci-dessus pp. 96–97.

[3]) Ici se trouve un renvoi (*2*) qui est répété ci-dessous p. 114.

Lunæ an litteræ inscribi possint absentibus legendæ.

AGRIPPAM, cùm ante 20 annos legerem [1]), memini eum dicere se posse Lunæ inscribere litteras, quas alius in alterâ Terræ regione possit legere [2]). Quod D. DES CHARTES [3]) dicit BAPTISTAM PORTAM [4]) referre ad vitra in infinitum comburentia, per quæ etiam videtur in Lunâ quasvis litteras exaraturus [5]).

At nugatur cum AGRIPPÂ PORTA; neuter enim tenuit. Verùm, si quis posset facere tubum, per quem videri possent quæ in Lunâ aguntur, et ab ijs qui ibi habitare dicuntur, exarantur et scribuntur, et si illi idem possent quod nos, possent illi nobis singulis diebus significare quid apud antipodas ageretur, quia Terræ omnes partes singulis diebus opponuntur. Cùmque a GALILAEO dicantur gigantes ideòquè nobis multò sapientiores [6]), verisimile est eos jam dudum tubum talem invenisse ac singulis momentis videre quid agamus nos, et sperare ut et nos aliquando talem tubum inveniamus ut cum illis, atque illi nobiscum, possint disserere. Sed etc.

Numeri minores quàm nihil latiùs explicati.

Vide *2* [7]). — Vergelyckt dit met het centrum vant aertryck ende laet het centrum O syn. Ergo indien een steen, die 3 voet boven het centrum is, 2 voet daeronder valt, so sal se, 3 voet daeronder synde, 2 voet boven kommen. Maer indien men hier een proportie wil hebben gelyck in wesentlicke getallen, 4 *tot* 1 *so* 1 *tot* $^1/_4$, twelck is proportio geometrica, so moet men in stede van multipliceren ende divideren, adderen ende subtraheren, want *gelyck* + 4 *tot* 0, *so is* 0 *tot* — 4. Dat is: indien ymant 4 ß brengende, wort geoordeelt ledich te moeten wechgaen, hadde

---

1) Ceci nous ramène au séjour de l'auteur à Leyde en 1607 et 1609. Cf. *t. I*, p. 294.

2) Le passage en question se trouve dans le traité *de Occulta philosophia*, Lib. I, cap. 6: *de Admirandis aquæ et aeris atque ventorum naturis* (dans l'édition citée HENRICI CORNELII AGRIPPAE *ab Nettesheym Opera. Lugduni, per Beringos fratres. M.DC.* au *vol. I*, p. 11).

3) Celui-ci, revenu de France, aura sans doute rendu visite à BEECKMAN vers le 28 mars 1629, car il est signalé à Amsterdam dans une lettre de RENERI de cette date (*Oeuvres de* DESCARTES, ed. cit., *t. X* (*1908*), pp. 541–543). D'ailleurs, après que DESCARTES s'était fait immatriculer, le 16/26 avril suivant à l'Université de Franeker, les deux savants échangèrent des lettres, comme il résulte d'une lettre de BEECKMAN à MERSENNE à laquelle nous attribuons la date de juin 1629. D'après une lettre de DESCARTES à FERRIER du 18 juin 1629, leur amitié allait alors jusqu'à la bourse.

4) Cf. p. 286 de la *Magia naturalis* (*1589*) de cet auteur (pour le titre de cet ouvrage, cf. *t. II*, p. 14, n. 2).

5) Pendant le dernier séjour de DESCARTES en France, son ami intime MERSENNE avait averti GALILEE, le 1er février 1629, qu'on était en train de tailler des verres hyperboliques ,,quibus objecta tam in Lunâ quàm in stellis, eâdem magnitudine quam habent in se, visuri sumus, ut jam si quæ sint in illis corporibus quantumvis dissitis viventia" (*La Correspondance du P.* MARIN MERSENNE, *t. II*, (*1936*), pp. 175–176). DESCARTES lui-même exprima, dans sa lettre à FERRIER du 13 novembre 1629, son espérance de pouvoir voir par le même moyen ,,s'il y a des animaux dans la Lune" (*Oeuvres*, ed. cit., *t. I* (*1897*), p. 69), et plus tard encore, il affirma que ,,nous pourrons par cete invention voir des objets aussy particuliers et aussy petits dans les astres, que ceus que nous voyons communement sur la Terre" (*Discours de la Methode, la Dioptrique*, ed. de *1637*, p. 131).

6) Je n'ai trouvé telle assertion dans aucun ouvrage de GALILEE. Au contraire celui-ci révoque en doute l'existance d'habitans dans la Lune dans son *Dialogo* de *1632* (pp. 53–54 et 93). Peut-être a-t-on voulu faire allusion aux *Ad Vitellionem Paralipomena* (*1604*), p. 250 de KEPLER que BEECMAN connait, ou à la *Dissertatio cum Nuncio sidereo* (*1610*) p. 17, envoyée par KEPLER à GALILÉE (cf. *t. I*, p. 288). Le texte présente sans doute un *lapsus calami* ou un renseignement faux (de DESCARTES?).

7) Renvoi à la note de la page 113, dernière ligue.

die 0, dats *niet*, gebracht, hy soude 4 ß schuldich gebleven hebben. *Sic* + 4 *tot* — 2, *ita* + 2 *ad* — 4, want — 2 ende + 2 syn 0 ende + 4 van 0 is — 4.

Twelck anders is als 1 staet instede van 0, omdat 1 naer advenant oock wat ver | mach of winnen kan; ende daerom moet het oock naer advenant syn vermoghen geloont ende aengesien worden. Maer 0 en vermach niet ende is slechs een middelpunt, van waer de getalen meer dan *niet* aen d'een syde, ende aen d'ander syde de getalen min als *niet*, haer afstandt hebben, selfs onnut synde sonder gedeelte, want de helft [a]) van 0 en is maer 0, maer 0 min 4 is dadelick wat, te weten 4 ten achteren. Daerenteghen heeft 1 niet alleen syn gedeelte als $^1/_4$, $^1/_2$, etc., maer oock 1 + 3 ende 1 — 3 oock wat, het eene boven 1, het andere min één. Daer hebben de wesentlicke getallen arithmeticam ende geometricam proportionem, want 4 tot 1 is dat 1 een deel is van 4, maer 4 tot 0 en is niet te segghen dat 0 een deel is van 4, want 4 tot 0 en is in dit regaert anders niet dan 8 tot 0 of 6 tot 0 etc. Daer nochtans 8 verder van 0 staet als 4, daerom hebben dese gemeynghde getalen, daer 0 in kompt of 0 — 1 etc., anders gheen proportie dan arithmeticam.

Die 4 ß winnende, maer 1 ß en behoudt, als die 0 wint, so moet hy 3 ß geven, omdat 0 geen gedeelte en heeft, daer wat af mach of [b]) gebroken kan worden [c]), maer 0 staet so verde van — 3 als 4 van 1. *Sic* 4 *tot* — 2 *ut* + 2 *tot* — 4, ende [d]) + 1 *tot* — 1 *ut* — 1 *tot* — 3.

1 ab 0 infinitè distat secundùm proportionem geometricam, quia 0 nulla est pars unius; ideò nemo proportionem talem hîc quærit, sed aliquid quod infra nihil, id est ab 0 etiam infinitè distat [e]), id est — 1. Men behoort dan niet te segghen: *ut 1 ad 0, sic 0 ad 0*, maer als dese vermenghelinghe kompt, behoort men secundùm arithmeticam proportionem te procederen, quia processio arithmetica eam vim habet in infinitis, quam habet in finitis geometrica.

Doch hier [f]) blyft noch wat te verclaren, te weten indien *4 ad 1 is, ut 0 ad 0 — 3* ende *4 ad 1 is, ut 1 ad* $^1/_4$, ende *ut 1 ad* $^1/_4$, *sic 0 ad 0* — $^1/_4$, so soude dan 0 ad 0 — 3 gelyck syn <aen>[g]) 0 ad 0 — $^1/_4$.

KEPLERUS *Libro quarto Epitomes astronomiæ* [1]), p. 581 causam inæqualitatis in altum explicans, non <inconcinnè>[h]) quærit cur planetæ diversam à Sole distantiam obtineant, id est cur Saturnus altior Jove etc. Planetæ majores cur longiùs absint à Sole.

Ego respondeo [i]), ut antè [2]) ferè incepi, corpora majora plus habere virium ad

a) *helf.* — b) d'abord *of kan*; puis *kan* barré. — c) d'abord *worden maer ut 1 to*; puis *maer ut 1 to* barré — d) *4 et* — e) *distant.* — f)) *doch hy.* — g) *aen* omis. — h) *inconcinnè* manque. — i) *resp.*

* * *

1) *Epitome astronomiæ Copernicanæ usitata forma quæstionum et responsionum conscripta. Liber quartus, doctrinæ theoricæ primus, quo Physicæ coelestis, hoc est omnium in coelo magnitudinem motuum proportionumque causæ vel naturales vel archetypicæ explicantur et sic principia doctrinæ theoricæ demonstrantur. Qui quod vice supplementi librorum Aristotelis de Coelo esset, certo consilio seorsim est editus. Auctore* JOANNE KEPPLERO. *Cum privilegio Cæsareo ad annos XV. — Lentiis ad Danubrium, excudebat Johannes Plancus. Anno M.DC.XX* — in-8°.; 204 pp. — p. 581 de l'ouvrage complet.

2) Cf. pp. 100, 101 et 101–102.

se extricanda ex Solis attractione. Pono [a] enim in planetis vim Solem aversantem, at cùm Solis vis sit major, ‹agat Sol› [b] non simplici fortitudine (aliàs enim sibi planetas conjungeret) nam planetæ sunt hac in re fortiores, sed fortitudine longiùs se extendente, id est remoto [c] vim suam magis quàm planetæ possunt, retinente. Sic candela propinqua magis lucet quàm Luna, Luna verò remotiora magis illustrat quàm candela.

Solis effluvia movent alia, nec ob id Sol patitur.

Pag. 588 non satis videtur se ex | pedire. Nam si [d] repulsio similis sit conto, attractio hamo, minima vis aliquid efficiet, quia Sol non ita ut navis arenæ, rei alicui compactæ inhæret. Dicendum igitur potiùs vim Solis, jam ex Sole existentem, suum officium facere nullo ad Solem respectu habito, cùm jam a Sole sit libera, non magis quàm lapis è manu jam emissus, manum repellit eo, quod aliud corpus concutit. Quod autem bombarda, dum pulvis accenditur, ad posteriora moveantur, id fit in initio actûs; Sol verò emittit vim suam undique æqualiter.

Psalmo 68 cur populus aliter canat.

Psalmo 68, lineâ 9, ad verba *ja als roock*, populus canit [e] *mi la la* pro *mi fa la*. Ratio est quia *mi la* [f] nota est [g] in eo modo magis familiaris [h], idèoque faciliùs ad illam consonantiæ fiunt [i], præsertim ubi aliquid duriùs vel alienum pronuntiandum est, uti hîc. Tertia enim *fa la* hîc aliena, imò vitiosa est. Constat enim ex duobus tonis majoribus (cùm debeat constare ex tono majore et minore), quod videre est ex collatione consonantiarum in hoc modo hîc usurpatarum; *fa la* verò utraque est nota minùs principalis. Rariùs igitur ad illas consonantiæ fiunt, imò sic interdum reliquæ consonantiæ disponuntur (uti hîc fit) ut consonantia quædam ad tales notas omninò excludatur; reliquis enim consonantijs positis relinquitur harum distantia dissonans.

Sed antè sæpiùs [1] de hac re scripsi.

Vacuum inter planetas cur plenum [k] effluvijs esse debeat.

KEPLERUS *Epit. astron., Lib. I* [2], pag. 54, dicit: „*Si per physicam liceret, astronomus totum ætheris spacium planè vacuum posset supponere*".

Atque, ut nos antè sæpiùs [3] ostendimus, per physicam licet, imò necessarium est.

a) *pone.* — b) *agat Sol* manque. — c) après *remote* (sic) d'abord *etiam*; puis *etiam* barré. — d) d'abord *si expa*; puis *expa* barré. — e) d'abord *canit pro*; puis *pro* barré. — f) *quia re mi la*, dont peut-être *re*, peut-être *la*, ou peut-être tous les deux barrés. — g) d'abord *notæ*; *notæ sunt*, dont *notae* et *sunt* barrés et *est* écrit dans l'interligne. — h) *familiares* dont le *e* surchargé de *i*. — i) d'abord *facilius recidit vox in illas*; puis *recidit vox in illas* barré et *ad illam consonatiæ fiunt* écrit dans l'interligne. — k) d'abord *plenum sit*; puis *sit* barré.

* * *

1) Cf. ci-avant p. 35, n. 3 et p. 80.

2) *Epitome astronomiæ Copernicanæ usitata forma quæstionum et responsionum conscripta inque VII libros digesta, quorum tres hi priores sunt de Doctrina sphærica. Habes, amice lector, hac prima parte, præter physicam accuratam explicationem motûs Terræ diurni ortusque ex eo circulorum sphæræ, totam doctrinam sphæricam nova et concinniori methodo, auctiorem, additis exemplis omnis generis computationum astronomicarum et geographicarum, quæ integrarum præceptionum vim sunt complexa. Auctore* JOANNE KEPPLERO *Imp. Caes. Matthiæ Ordinumque Ill^ium Archiducatus Austriæ supra Onasum Mathematico. Cum privilegio Cæsareo ad annos XV. — Lentiis ad Danubium, excudebat Johannes Plancus. Anno M.DC.XVIII.* — in-8° 140 pp. — p. 54.

3) Cf. ci-avant pp. 25, 30, 100, 101, 101–102, 103 et 107.

Verùm quam tum rationem redderet [a]) KEPLERUS astronomus, cùm Terra, cum omnibus planetis per Solis conversionem a lumine ejus circumducta, non perpetuò celeritate crescit in infinitum? Probavimus enim antè *in vacuo id semper moveri, quod semel movetur.* Cùm igitur vis Solis [b]) Terram certâ celeritate moverit, semel percussam, nihil obstat quominus ea in æternum eâdem celeritate moveretur, Sole post hunc primum ictum quiescente; at cùm Sol non quiescat, sed iterum atque iterum percutiat de novo, semper alium motum imprimens, cùmque Terra hos omnes motûs retineat in vacuo mota, necessè est motum Terræ perpetuò crescere ac nobis multò celeriùs moveri quàm PTOLOMAEO movebatur posterisque nostris multò adhuc celeriùs motum iri.

Sed si hoc absurdum videatur (etiamsi nullum medium habeamus quo id certò negari possit, cùm omnes omninò motûs æqualiter | crevisse dici possent [c])) [d]) dicamus id quod verum est, videlicet [e]) ab omnibus corporibus totius mundi multa continuò corpuscula effluere in vacuum hoc spatium, non aliter (etiamsi minùs copiosè) [d]) quàm lumen ex Sole, non quidem in hoc spatio quiescentia, sed in infinitum pergentia donec alicui corpori, vel sponte vel tracta, adhærescant. Ijs igitur corpusculis Terra, vi Solis circumacta, perpetuò occursat. Actum desinit ejus motus crescere cùm impedimentum horum corpusculorum æquatur novæ virtuti Solis, eodem modo quo antè [1]) scripsimus corporum cadentium motum usque ad certum in aere punctum duntaxat crescere, multis corpusculis ob celeritatem occurrentium.

Præterea hinc etiam ratio reddi potest tantæ celeritatis motûs Terræ. Ostendimus enim ibi, quò majora sunt corpora, eò minùs [f]) ab externo aere vel corpusculis impediri; celerrimè igitur omnium moventur in eodem medio, quæ sunt mole maximâ et fortiori plagâ percutiuntur. Mercurius movetur celeriùs Saturno ob multò majorem plagam; at si Saturnus [g]) ejus loco est, multò moveretur celeriùs.

Homo quî extra Terræ activitatem poni posset.

Scripsi paulò antè [2]) optandum esse ut homo aliquâ ratione se posset extricare et elevare extra activitatem Terræ, ut ibi a radijs Solis immediatè posset moveri seque ipsum velut clavo aut remo ita regere, ut ad quemvis locum mundi promoveretur. Sed modus per procurationem vasis vacui vix sperandus est; imò etiamsi supra aerem homo hoc pacto ascenderet, non tamen foret extra Terræ activitatem, quia verisimilè est magneticam ejus naturam altiùs quàm supra aeris superficiem se extendere, cùm per eam etiam nubes igneæ unâ cum Terrâ circulariter moveantur.

Proinde promptiùs hoc videtur tentari posse per ignem quàm per aeris abla-

---

[a]) d'abord *redderet astronomus*; puis *astronomus* barré. — [b]) d'abord *solis semel*; puis *semel* barré. — [c]) d'abord *possent tamen*; puis *tamen* barré. — [d]) pas de parenthèses. — [e]) *viz.* — [f]) le ms porte: *tardius.* — [g]) *nus* (dernier syllabe de *Saturnus*) ajouté dans l'interligne à l'encre plus pâle.

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 150, 174, 263–264, 264–265, 267–268, 279 et 361.

[2]) Ci-dessus pp. 13, 24 (n) et 104.

tionem; per ignis, inquam, admotionem. Ignis autem duo habet, quibus utitur ad elevanda corpora: primum quod levior sit aere eoque, ubi multum ignis adhæret alicui rei, ea res [a]) ascendit supra aerem; secundum quia subitò potest accendi, ut in pulvere pyrio, eoque ictu diutissimè promovere corpora semel icta. Hoc fit in sagittis igneis (*vierpylen* dictis), in *granadis* quas vocant etc.

Sic [b]) igitur præpararetur magnum vas, quod hominem posset capere, cum magnâ vi pulveris pyrij præparati, quem is homo continuò in fistulas quasdam conijceret, quæ perpetuò ignem eructarent, eâque eructatione moverent totum vas cum homine; vel si ex latissimo bombardo totum vas cum homine exploderetur. Quod primùm quis in cane experiri posset.

Id autem fiat in monte excelsissimo [c]). Si ibi homo non excuteretur, omninò extra activitatem Terræ eousque tamen fortassis perveniet, ut motus Terræ illum non exactè secum raperet, sed ipse in aliquam regionem Occidentaliorem descenderet. |

Terræ motûs cum turbinis motibus collati.

KEPLERUS *Epit. astron., Lib. I*, pag. 113 [1]) turbinis puerorum facit mentionem ad aliud quid explicandum; at potuisset in eo ostendere exactissimè modum et causam trium motuum in Terrâ, videlicet [d]) diurni, annui et præcessionis æquinoctiorum [2]).

Primò turbo [e]) super axe [f]) suo movetur celerrimè. Hic motus respondet motui diurno.

Secundò totus turbo, id est centrum turbinis, transfertur a puero in manu de loco in locum; etiam si sors tulerit, aut puer voluerit se convertere, transfertur in circulo. Hic motus respondet motui annuo.

Tertiò movetur turbo (deficiens maximè, imò etiam in principio motûs sed paulò debiliùs) centro velut quiescente, motu quodam trepidationis, ita ut superior pars axis à centro usque ad summitatem, describat conum, cujus cuspis est in centro turbinis, basis verò est circulus a puncto axis extremo descriptus; talem etiam conum describit axis pars inferior, eo modo quo KEPLERUS *de Motu Martis* [3]), cap. 68, pag. 322, dicit fieri motum hunc Terræ [g]). Sed in turbine interdum unus duntaxat conus describitur, cùm pes ita terræ infixus est, ut expelli ab aere nequeat; tum enim cuspis [h]) coni descripti est infimum punctum axis quod tum quiescit; centrum verò describit circulum minorem, superior verò axis extremitas majorem. Sed pes, in principio satis fixus ut hæreat sub finem, sæpè locum mutat duosque conos describit. Hi coni, sive duo sint sive unicus, semper ad [i]) eandem

a) d'abord *res potest*; puis *potest* barré. — b) le ms porte: *si*. — c) *excellissimo*. — d) *viz*. — e) *non turbo*. — f) d'abord *super centro*; puis *axe* écrit dans l'interligne sans que *centro* soit barré. — g) d'abord *Terrae. Causa primi*; puis *Causa primi* barré. — h) d'abord *cuspis est*; puis *est* barré. — i) d'abord *ad quem*; puis *quem* barré.

* * *

1) *O.c.* ci-dessus p. 116, n. 2.

2) Pour le „motus trepidationis" de la Terre, dejà mentionné plusieurs fois, cf. ci-dessus, pp. 75, n. 6; 99, n. 3 et 108; puis ci-dessous pp. 143, 229 et 273.

3) Cf. l'ouvrage cité ci-dessus p. 73, n. 3.

partem describuntur, ad quam movetur turbo motu primo; id est si turbo moveatur super axe suo ab Occidente ad Orientem, etiam hic motus trepidationis fit ab Occidente ad Orientem.

Primi motûs causam antè sæpè [1]) quæsivi. Secundi causa per se manifesta est; puer enim turbinem transfert pro arbitrio suo. At tertij, id est trepidationis, causam antè [2]) non satis benè explicui, conferens eam in corporeitatem pediculi ejus, qui suo attritu ad Terram, trepidationem hanc causaretur, ut ibi latiùs videre est; at hæc ratio, cùm antè tùm hodiè, mihi cœpit esse suspecta.

Idcirco [a]) jussi puerum me coram turbinem movere. Ac primùm vidi ita funem ei applicari ut necessariò ab Occidente ad Orientem debeat moveri; ac vidi ita etiam extremitatem capitis et pedis moveri motu multò lentiori et qui facillimè oculis notari posset. Jussique turbinem, adhuc in motu existentem, in aquam conijci, cui vidi eum innatantem, et motu hoc tertio, id est trepidationis, inclinato paululum axe, nihilominùs ab Occidente in Orientem moveri, cùm hic pes turbinis terram non attingeret. Hinc intellexi turbinis hunc motum oriri ex moto corpore, in quo turbo super axe suo movetur. Aer enim, vel aqua turbinem circumstans, movetur a turbine in eam plagam, in quam turbo movetur. Turbine igitur vel inæquali existente vel ejus motu deficiente, ita ut non ampliùs turbinem [b]) exactè erectum servare possit, turbo inclinatur; aer verò jam antè in gyrum motus, extremitatibus ejus extra gyrum exstantibus impingit et occursans secum rapit.

Nunc hic ultimus motus motui præcessionis accommodandus est ac ostendendum præcessionem æquinoctiorum causari | a motu substantiæ circa Terram volitantis, eodem modo quo extremitates axis Terræ circa polum eclipticum [c]) moventur.

Id autem fieri non potest a motu quem huic substantiæ infert motus diurnus. Nulla enim ratio est cur extremitates hæ circa polum eclipticum [c]) moverentur (at an hic motus non possit esse causam inæqualitatis in motu præcessionis æquinoctiorum et mutatæ declinationis eclipticæ ab æquatore, hoc alij videant aut ipse ego per otium videbo). Verùm Solis lumen, Terram movens motu annuo ab Occidente in Orientem, etiam totius mundi substantiam movet circa polos suos, id est eclipticæ; cùmque una pars Terræ semper propinquior est Soli quàm altera, necessè est proximam partem fortiùs a Sole feriri quàm remotiorem. Unde necessariò conficitur Terram etiam verti circa axem qui per centrum ejus utrumque polum eclipticæ tangit.

Nec oportet quemquam mirari unum eundemque globum super duobus axibus moveri, cùm in turbine exemplum oculis conspiciat duos axes motûs (unum per turbinis caput, centrum et pedem, alterum per verticale punctum, centrum et

---

a) d'abord *idcirco dilit*; puis *dilit* barré. — b) *turbine*. — c) *ecclipticum*.

* * *

1) Cf. *t. I*, pp. 30–32, 242; *t. II*, pp. 335–337, 338, 378 et 379.
2) Cf. *t. I*, pp. 21, 253 et ci-avant pp. 75–76, 99, 102 et 108.

nadir, id est vertici turbinis oppositum) [a]) (jam enim diximus caput turbinis non semper esse verticem) superque utroque eodem tempore turbinem in gyrum verti, ibi celerimè, hîc tardè.

Neque etiam dicendum est distantiam proximæ partis Terræ à Sole nihil sensibiliter differre à distantia partis remotissimæ, id est diametrum Terræ nihil esse ad distantiam Terræ à Sole. Quod enim est insensile uno seculo, hoc sensile fit multis seculis coadunatis, ita ut tarditas præcessionis æquinoctiorum hanc rationem potiùs videatur confirmare, quia ob parvam hanc differentiam hic motus non potest esse [b]) non tardus.

Adde [c]) etiam colurum solstitiorum, ideòque etiam æquinoctia, ex hîc positis moveri (uti fieri videmus in cœlo) contra [d]) signorum ordinem, ita ut æquinoctium, quod olim erat in Ariete, nunc sit in Piscibus. Sidera verò videantur moveri secundùm signorum ordinem. Aries enim olim erat in æquinoctio, nunc verò ab eo distat versus Taurum, id est secundùm [e]) divisionem toto ferè signo. Nam cùm Terræ infima [f]) pars, id est proxima Soli, celeriùs moveatur superiore, illa verò cum radijs solaribus moveatur ab Occidente in Orientem, necessè <est> [g]) hanc, id est superiorem, moveri ab Oriente in Occidentem, atque ita coluri pars superior movetur in cœlo ab Oriente in Occidentem [h]); superiorem verò partem circuli in cœlo moveri ab Oriente in Occidentem et totum [i]) illum circulum moveri contra signorum ordinem.

Motûs varij planetarum per varias eorum magnitudines in effluvijs motas.

KEPLERUS *Lib. 4 Epit. astron.*, pag. 532 et antè [1]) sollicitè quærit causam cur motûs planetarum periodici sint in proportione intervallorum sesquialterâ eversâ [k]); et cur idem planeta in perihelio habeat motum in proportione intervallorum ad motum in perihelio.

At introducit variam corporum raritatem cùm idem præstare potuisset collimando ad varias superficies majorum et minorum [l]) planetarum, quæ variè in motu suo propter aliquam ibi volitantem materiam impediuntur, ne infinitè eorum celeritas crescat. Vidisset enim corpora [m]) ipsa triplicatam [n]) habere rationem in motu continuando, superficies verò duplicatam duntaxat in impediendo. Facillimè igitur poterat, densitate non mutatâ, tales magnitudines exhibere, quæ apparentijs satisfecissent, cùm tamen interim non negaverim omnes planetas [o]) posse habere diversas in raritate et densitate consistentias. At miramur tantas et ubique tam proportionatas, et ejus harmonicis meditationibus adeò accommodatas; miramur [p]), inquam, quia [q]) isti harmoniæ non assentimur et magis fortuitò

---

[a]) pas de parenthèses. — [b]) *potest est.* — [c]) d'abord *Cui si*: puis *Cui si* barré. — [d]) d'abord *contra e consequentia*(?); ces mots rendus illisibles et *contra* écrit dans l'interligne. — [e]) *id est secundam.* — [f]) d'abord *infima id est*; puis *id est* barré. — [g]) *est* omis. — [h]) *occidente.* — [i]) *est totum.* — [k]) *eversa* ajouté dans l'interligne. — [l]) *minorem.* — [m]) *corporo.* — [n]) *triplicatatam.* — [o]) d'abord *planetas non habere*; puis *non habere* barré. — [p]) *maramur.* — [q]) *qui.*

* * *

[1]) Pp. 530-532 de l'ouvrage cité ci-dessus p. 115, no. 1. C'est là que KEPLER énonce sa troisième loi.

Dei jussu hæc corpora esse constituta quàm ille existimat, exemplis montium apud nos et marium omniumque omninò, quæ in Terrâ proveniunt.

Kleyne kamerkens syn somers altyt van binnen heet ende swinters koudt.

Kamers, die groot syn verschelen in warmte van de kleyne.

De reden is omdat de hitte of koude, die door de mueren trect, de kleyne plaetse terstondt vervult; maer dewyle dat de groote camers besloten syn met mueren, die naer advenant haer grootte kleyn proportie hebben [a]) (gelyck dickwils geseyt is [1])), so en kander so veel hitte niet meer deurtrecken, of koude als de [b]) kamers grooter syn. Daerom so blyft de groote kamer somers koele ende swinters warm.

Vidi telescopium quo nulla macula in Sole poterat notari, et aliud quo [c]) optimè omnes maculæ notabantur; illo verò multò meliùs res eminùs distinctè videbantur quàm hoc.

Telescopium quo Solis maculæ conspiciuntur.

Ratio mihi esse videbatur quòd illud haberet radios, postquam concavum vitrum transivissent [d]), densiores, hoc verò rariores. Densioribus enim videntur optimè res remotæ quia multum lucis requirunt [e]), cùm ex quâvis rei videndæ particulâ pauci radij, id est rari, ad oculos perveniant; oportet enim ingentem circulum complere: quò igitur plures colliguntur in parvo loco, eò distinctiùs particulam illam representant. Rariores verò aptiores sunt maculis Solis manifestandis quia Solis lux nimia est atque ita diluitur.

Præterea illud erat minùs, hoc verò multò longiùs, imò plus quàm duplò longius; sed illud etiam multò meliùs res remotas oculis videndas præbuit [f]) et maculas non manifestavit quàm aliud brevius quod maculas satis benè manifestabat. Longitudo igitur non est essentialis causa, sed radij densiores quidem, at paulò longiùs progressi, se invicem intersecantes atque ita confusionem parientes. In hoc verò radij sunt rariores [g]) et idcirco, et fortassè quia [h]) meliùs facta sint, retinent diutiùs [i]) pristinam suam ab invicem distantiæ distinctionem, ita ut dextræ non fiant sinistræ, nec superiores inferiores, unde confusio oritur.

Nec in illo meliùs maculæ apparebant cùm prope telescopium charta adhiberetur. Ibi enim lux Solis in exiguo loco nimis est clara et macula nimis exigua.

Optima igitur telescopia habentia radios densiores et distinctiores, res remotas et Solis maculas optimè representantes. |

De vloet ende ebbe gaen langher in de midden van de rivieren dan aen de kanten, dat is: daer gaet noch vloet in de midden alst aen [k]) de kanten al ebdt ende daer is int [l]) midden noch ebbe alst aen de kanten al vloyt.

Aestus in medio fluminis diutiùs durat.

[a]) *proportie hebben* ajouté dans l'interligne. — [b]) *al de.* — [c]) *aliud quod.* — [d]) *post concavum vitrum transivisset.* — [e]) d'abord *requirunt quia*; puis *quia* barré. — [f]) d'abord *praebuit quam aliud*; puis *quam aliud* barré. — [g]) d'abord *rariores quidem sed*; puis *quidem sed* barré. — [h]) d'abord *quia aptiora vitra habent*; puis *aptiora vitra habent* barré. — [i]) d'abord *diutius suam*; puis *suam* barré. — [k]) *als aen.* — [l]) *daer daer int.*

* * *

[1]) Cf. les passages indiqués ci-avant p. 49, n. 4.

De reden meyne ick vooren ergens [1]) geseydt te hebben, doch kompt my nu in den sin te wesen omdat in de midden meer waters byeen is dan aen de kanten. Nu daer meer hoops is, dat blyft langher in de beweginghe, diet heeft, gelyck vooren [2]) van de roock, van de schepen ende in lectione meâ *de Figuris isoperimetris* [3]) geseydt is. Maer dat in de midden meer waters byeen is, is openbaer [a]), omdat het daer dieper is dan aen de canten ende dat aen de canten de een syde landt is. Als dan de nieuwe vloet of ebbe kompt, die heeft terstondt het water aen de kanten overwonnen ende met hem doen gaen, omdatter maer weynich byeen en is.

Dit dient oock daer int midden van de rivieren plaeten syn, want dan syn aen de plaeten oock kanten. Ende in somma allom, daer dese reden plaetse heeft.

Matris meæ mors subita.

27en Junii 1629, also ick na Rotterdam vant Tolhuys overvoer om myn moeder SUSANNEKEN PIETERS te helpen begraven [4]), dewelcke aldaer den 25en dito smorgens ten seven ueren in myn tegenwoordicheyt gestorven is, so subitelick, dat se in een 1/4 uers gesondt ende wel te passe was ende doot. Sy en hadde maer een oogenblick van my geweest ende was naer het secreet gegaen, alwaer men se eerst hadde hooren hoesten ende daerna hooren snorcken. Ende ick vondt se geroepen synde noch levendich, de pols noch sterck, maer uyt het secreet gebracht synde, was sy in een 1/2 quartier uers al doot.

Filius absens affectus eâ horâ, quâ [b]) pater moritur.

Mr PIETER GODEFRIDI à GODEWYCK, mynen ondersten, dats den vyfden meesters, vader is geboren te Breda int jaer 1564 den 24en Junij ende gestorven den 13en Junij 1612, sWoensdachs naer Pynxsteren na de middach tusschen dry ende half vier ueren, oud 48 jaer min elf daghen.

Mr PIETER voorss., syn sone, is geboren 1593 den 5en Feb., Vrydachs savons tusschen acht ende negen [c]) ueren [5]). Op die tyt doen syn vader binnen Dortrecht stierf, was hy te Breda ende wert op denselven dach ende uere dat syn vader stierf, seer qualick ende bloede vyf of ses druppelen bloets uyt syn neuse [d]). Hadde vóór noch na syns vaders doot noyt van self uyt syn neuse gebloydt.

Quærendum quæ causa hujus et fortassis multarum similium rerum [6]). An eadem

[a]) *is in openbaer.* — [b]) *hora quo.* — [c]) *ende 9.* — [d]) d'abord *neuse. hebbe*; puis *hebbe* barré et *hadde* écrit dans l'interligne à l'encre plus pâle.

* * *

[1]) Cf. *t. II*, p. 288.

[2]) Cf. *t. I*, pp. 24, 61, 104–105, 196, 288, 303–304; *t. II*, pp. 276–277.

[3]) Pour ce discours cf. ci-avant p. 5.

[4]) SUZANNE PIETERS VAN RHEE, qui s'était fixée en 1625, après la mort de son mari, à Rotterdam, chez son fils, le recteur JACOB, mourut dans cette ville le 25 juin 1629.

[5]) PIETER VAN GODEWYCK, né à Dordrecht à la date indiquée, fils de GOVERT et de JANNEKE VAN DER JACHT, fréquentait l'école latine de sa ville natale sous le rectorat de VOSSIUS et de BORRÆUS. Il était précepteur de langue hollandaise à la même école depuis 1619 et se maria avant 1626 avec SARA PYPELAERS. Parmi ses contemporains il fut connu par ses publications de poèmes hollandais et latins et de drames pour les écoles. Il dressa aussi en 1640 le catalogue de la bibliothèque de la ville de Dordrecht, érigée en 1616 et comprenant plus de mille livres et laissa une description de sa ville natale; les deux manuscrits sont encore conservés. Il mourut à Dordrecht le 11 août 1669. Sa fille MARIA, née en 1627, acquit aussi du renom comme poète.

[6]) Pour des autres effets de sympathie ,cf. *t. II*, pp. 201–202 et 389.

quæ febrium intermittentium [a]), mensium mulierum etc. Et an eædem stellæ in utriusque geniturâ sese [b]) aspexerint, ut KEPLERUS videtur velle [1]). |

* Hæc [2]) mecum communicavit PETRUS GASSENDUS [3]) cùm eum hîc hospitio exciperem [4]). Is est qui anno 1624 *Exercitationes* edidit *adversus Aristotelem* [5]), doctor theologiæ et cathedralis Diniensis ecclesiæ canonicus.

Petro Gassendo hospiti meo quæ communicaverim.

Disserui cum illo de rebus philosophicis eique aperui meam sententiam de motu, videlicet [c]) *omnia, quæ semel moventur, in vacuo semper moveri.* Tum quàm utile sit axioma rebus physicis indagandis: corpora magna habere superficiem parvam, parva verò magnam [6]). Tum etiam ostendi quo pacto chorda consonans alteri, priore pulsâ, etiam ipsa tremat [7]). Tum docui punctum æqualitatis in cadendo investigare [8]). Tum etiam rationem dulcedinis consonantiarum demonstravi [9]). Quæ omnia et probavit et cum gaudio et admiratione visus est audire.

Tum quoque ostendi aerem esse gravem nosque undique ab eo æqualiter premi ideòque non dolere eamque esse causam *fugæ vacui* quam vocant [d]) [10]). Ostendi quoque illi KEPLERUM frustra laborare, ut inveniat punctum, ad quod planetæ respicientes semper eundem situm retinent [e]), ac demonstravi id per se necessarium esse [11]); KEPLERUM etiam multò meliùs scripturum fuisse, si lumen et vires magneticas corpora esse statuisset [12]). Dixi etiam aerem, qui auditum movet, esse eundem numero qui erat in ore loquentis [13]). Ac dedi ei *Corollaria* mea, olim in academiâ Cadomensi, cùm pro summo doctoratus gradu in medicinâ consequendo

a) *inter intermittentium.* — b) *seste.* — c) *viz.* — d) *vacant.* — e) *retinet.*

* * *

1) Cf. son *Epitomes Astronomiæ copernicanæ* etc. *Libri V, VI, VII* etc. (*Francofurti, 1621*), *Lib. VI. Pars 5* sous le no. IV (pp. 840–846).

2) La note présente est précédée au fol. 345*verso* par un beau dessin du phénomène des quatre parhélies, observé, le 20 mars 1629, à Frascati par le P. CHRISTOPHE SCHEINER. Ce dessin est suivi au fol. 346*recto* et au fol. 346*verso* par la description, le tout copié en écriture gothique. Nous reproduisons ce document au *t. IV*.

3) PIERRE GASSEND (GASSENDI), né le 22 janvier 1592 à Champtercier (Provence), d'abord chanoine et professeur de philosophie à Aix. Arrivé à Paris en mai 1628, il entreprit avec son protecteur FRANÇOIS LUILLIER un voyage dans les Pays-Bas. Retourné à Paris, il quitta cette ville en octobre 1632 et continua à Digne ses attaques aux vieilles doctrines, en préparant la défense d'EPICURE. Dans ses ouvrages de physique publiés très tardivement, il se montre partisan de l'hypothèse atomistique qui l'amena à plusieurs idées analogues à celles de BEECKMAN. Il se distingua encore comme astronome en adoptant le système héliocentrique. Après avoir enseigné les mathématiques au Collège de France, de 1645 à 1648, GASSEND mourut à Paris le 24 octobre 1655.

4) C'était MERSENNE à Paris, l'ami intime de GASSEND, ou bien RIVET à Leyde qui avait parlé à GASSEND de BEECKMAN. Il résulte d'une lettre de GASSEND du 21 juillet 1629 (dont nous reproduisons une partie au *t. IV*) que les dates de ses visites à BEECKMAN étaient le 14 et le 17 juillet.

5) *Exercitationum paradoxarum adversus Aristoteleos Libri septem, in quibus præcipua totius Peripateticæ doctrinæ fundamenta excutiuntur, opiniones vero aut novæ aut vetustioribus obsoletæ stabiliuntur. Gratianopoli, ex typ. P. Verderii, 1624*; in-8°.

6) Pour ce theorème cf. les passages indiqués ci-avant p. 49, n. 4.

7) Pour l'explication de la résonnance, cf. les passages indiqués ci-avant p. 66, n. 3.

8) Sur le point d'égalité, cf. *t. I*, pp. 150, 174, 263–264, 264–265, 267–268, 279 et 361.

9) Cf. *t. I*, pp. 52–55 et 259.

10) Pour la pression de l'air en tout sens cf. ci-avant p. 60, n. 4.

11) Cf. ci-dessus pp. 75–76, 99, 102, 106–107 et 108.

12) Cf. ci-avant p. 74.

13) Cf. les passages indiqués ci-avant pp. 58, n. 4; 61, n. 3 et 67, n. 1.

disputarem [a]), a me proposita [1]). Etiam colorum naturam aperui [2]) et de modis modorum musicorum [b]) [3]). |

Nutrimentum in nobis non fit per magnetismos.

ΓΑΛ., περὶ Μαρασμοῦ [4]), circa libri medium [5]), dicit: ἡ καρδία δὲ, δία τὸ τῆς ὁλκῆς ἰσχυρόν.

Hinc mihi in mentem venit quærere an membra corporis nostri nutrimentum trahant per virtutem quandam magneticam, an potiùs eo modo quo cor sanguinem attrahit, videlicet [c]) per motum diastoles.

Arteriæ enim per totum corpus sparsæ, modo sese dilatant, modo se coarctant. Coarctando autem sese relinquitur circa arterias vacuum quoddam spatium, cùmque totum corpus plenum ubique sit, premitur undique ab incumbente aere æqualiter atque omne id quod molle est ac dilatari potest, magis quàm vicinum cogitur in illud vacuum. Ita caro circa illa loca cogitur illa complere cùmque id fieri nequeat quin vacuum quoddam inter carnium particulas relinquatur, fit ut circa venas nulla sit resistentia, quo minùs compressus intra illas sanguis transsudet [d]) vel per anastomosim exprimatur. Sufficit enim ad hoc sanguinem in venis paulò magis stipari quàm [e]) carnes circumpositas, quod fit quia jam recedunt ad complenda vacua spatia per systolem arteriarum relicta. Patet igitur sanguini exitus è venis, quæ non minùs quàm reliqua membra comprimuntur. Hinc ad hepar hæc dilatatio pervenit, ad quod dilatatum omne id quod in intestinis partum [f]) et aptatum est, per venas mesenterij simili compressione [g]) ex primâ corporis regione expellitur, atque ita virtus naturalis peragitur; animalis verò, quâ cibum in manûs sumptum in os ingerimus ac dentibus frangimus etc., alio modo perficitur, de quo aliàs [6]).

Sudor quo pacto generatur.

Sudor generatur hoc pacto: Calor vel ex medicamento vel ex inspiratione calidi aeris etc. rarefacit omnia, quæ in corpore rarefieri possunt, qualia sunt omnia loca quæ aere repleta sunt vel in quibus aer est, eo modo quo aer in instrumento DREBBELiano dilatatur; tum etiam, quæ olei cognationem obtinent etc. Ad hæc non nullibi aqua in vapores resolvitur. Quæ omnia, ita disposita, plus loci requirunt quàm antè, ideòque constringunt et comprimunt intus omnia, atque ita tenuissima (qualis est sudor) per poros venarum et cutis etc. exprimuntur. Hinc[h]) fit quòd

---

[a]) *disputarem pro*; puis *pro* barré. — [b]) *et de modis modorum musicorum* ajouté à l'encre plus pâle. — [c]) *viz.* — [d]) *transudet.* — [e]) d'abord *quam in*: puis *in* barré. — [f]) d'abord *partum est*; puis *est* barré. — [g]) d'abord *compressione expellitur*; puis *expellitur* barré. — [h]) *hic.*

* * *

[1]) Pour ces *Corollaires* cf. *t. I*, pp. 200–201 et les thèses de BEECKMAN dans notre *t. IV*.

[2]) Cf. ci-avant pp. 105–106, avec la note 1.

[3]) Cf. les passages indiqués ci-avant p. 55, n. 1 et 2.

[4]) ΓΑΛΗΝΟΥ περὶ μαρασμοῦ βιβλίον (*de Marcore liber*) occupant dans l'édition de *Bâle 1538*, les pages 373–379 de la *Pars tertia*.

[5]) Cf. p. 376 du volume cité.

[6]) Cf. *t. I*, p. 277; *t. II*, pp. 27–28, 42, 57–60, 175 et 327–328.

æstate frequentiùs sudamus; experientiâ enim didicerunt sartores corpora nostra æstate esse crassiora quàm hyeme [1]).

Fulmen generatur ex fumis interceptis a nubibus aqueis. Videmus enim fumum candelæ accendi. Talis igitur fumus per calores Solis etc. attollitur ex materiâ sulphureâ ubique in omnibus rebus præstò existente. Calor verò in aere durat quia particulæ oleagineæ non statim totæ accensæ sunt, sed, ut in ferro candente [a]), paulatim consumuntur; non enim sola flamma ferri poros subit, sed velut particulæ quædam igneæ instar exiguarum prunarum. **Fulmen quo modo generetur et accendatur.**

Sic etiam id quod fumos attollit, bolus est accensus oleagineus, qui ascendendo suâ flammâ consumitur. Et nisi tales boli, seu par | ticulæ oleagineæ accensæ, perpetuò novi excitarentur a calore cœlesti vel subterraneo, statim calor aeris evanesceret. Dixi enim antè [2]) ignem nihil aliud esse quàm oleum in tenuissimas partes dissectum, in motu existens. Nam simulac illæ tenues partes quiescunt, desinunt esse ignis et miscentur cum alijs rebus atque ita conjunguntur iterum et crassescunt; ac tandem iterum in oleum redeunt. Cùm igitur aer plenus est flammulis istis et fumis, cùmque vapores ascendunt ad aeris summitatem, qui densi et crassi sunt, intercipientes hinc inde multum aeris, fumis et flammulis referti (habent enim vapores specûs magnos atque multos), cùmque continuò novi vapores accedant, fit ut specûs illi coarctentur aerque in ijs cum fumis et flammulis comprimatur, adeò ut flammulæ, antea dissitæ, nunc conjungantur [b]). Cùmque dissi tæ non valerent accendere suum fumum, jam conjunctæ eum accendunt, eo modo quo multæ prunæ separatim positæ flammulas suas singulæ invisibiliter edunt, conjunctæ verò visibilem flammam constituunt. Nec solùm istæ flammulæ, quæ in fumis sunt, hoc faciunt, sed quæ nudo aeri adhærescunt; flammulas, dico, accensas particulas oleagineas, quæ eo actu totæ brevi consumuntur, ut candelæ longo tempore. Tales etiam in ipsis fumis sunt tam debiles et exiles, ut suum fumum nequeant accendere. **Ignis est bolus oleagineus.**

Quæsivi antè [3]) quo pacto aliquis se ipsum quàm altissimè in aere possit attollere. **Gravia ut in aere quàm altissimè ascendant efficere.**

Id jam videtur fieri posse per funem tantæ longitudinis quantam altitudinem requirimus. Experiamur primùm in re levissimâ. Fiat igitur circulus ex plumis aut simili materiâ, quæ sursum actâ coarctetur, deorsum verò tractâ dilatetur, concavitate latiore redditâ. Affigatur medio hujus circuli [c]) pendulus homuncio ligneus

[a]) d'abord *ferro candido*; puis *ido* barré et *ente* écrit dans l'interligne à l'encre plus pâle. — [b]) *conjungantque*. — [c]) *hujus circulus*.

* * *

[1]) La rareté des notes à cette époque s'explique par la mort de Jacob Beeckman, recteur de l'école latine à Rotterdam, frère de l'auteur. Il mourut de la phtisie à Rotterdam le 27 août 1629 (cf. la note au *t. IV*). Sa femme, Janneken van Ryckegem, alla demeurer quelque temps à Dordrecht.

[2]) Cf. *t. I*, pp. 147, 187; *t. II*, pp. 68, 96–97, 99, 195 et 198.

[3]) Cf. ci-dessus pp. 13, 24 (n), 104 et 117–118.

insistens laminæ chalibeæ flexibili, ita ut cùm homuncio deorsum subitaneo tractu trahitur, lamina hæc asseri alligata, etiam pendulò flectatur; remisso verò funiculo se erigat ac homunculum sursum cogat. Quod facilè fiet quia convexitas circuli homuncionis capiti incumbentis, hoc motu coarctatur et ferè claudatur, ita ut minus aeris removendum sit; homo verò qui funem trahit, id faciat tractione frequenti, non aliter quàm avium volatus ab ijs perficitur. Sic enim semper altior evadet homuncio cum suo circulo supra caput, assere ligneo sub pedibus.

Si verò verum hominem velis attollere, sit circulus hic latissimus, tractores verò plures trahantque æqualiter. Singuli autem proprios funes trahant, omnes pedibus hominis vel areæ, in quâ sedet, alligati; videbitis tractores singulis tractionibus partem funis relinquere, quæ sursum agitur; idque fiet quamdiù adhuc funis aliquid restat.

Usus hujus rei erit ad speculandum [a]) ex alto, ubi non sunt montes etc.; imò tantus ut nemo facilè omnes usûs enumerare possit.

Vesica maxima vapore plena, in aere ascendit.

Si multas vesicas conjunxeris, ita ut unum fiat rotundum corpus maximum, et expresso aere vaporem in eo excipias, ita ut extendatur, dico totam vesicam in aere ascensurum, modo collum ejus funiculo clauseris. | Nec mirum: potest enim capacitas in tantum augeri ut exiguam admodum proportionem habeat ad superficiem; facilè igitur tantus vapor tam exiguam superficiem secum rapiet.

Corporum particulæ quî cohæreant.

Corporum particulæ quomodo sibi invicem adhæreant, quæsitum est aliquando antehac [1]).

Videmus autem nummum aureum fractum non coalescere, etiamsi partes conjungas uti positæ fuerunt; unde videtur concludi posse non ideò cohærere quia undique æqualiter ab aere comprimuntur ‹et› [b]) non cohæsuras si in intermundijs EPICURI, id est in vacuo, collocarentur.

At dicet aliquis: Non tam exactè apponuntur uti appositæ fuerant, quod patet quòd fusum aurum etc. iterum agglutinatur suæ parti non minùs exactè quàm antè, quia fusio omnes particulas exactissimè conjungit, ut nihil extranei intercedat; quòque minùs intercedit, eò fortiùs et tenaciùs est corpus.

Corporum dissolvendorum ratio expedita.

At si hoc verum est, posito auro vel potiùs sulphure (quia friabile est) in loco undique clauso indeque extracto per siphonem omni ferè aere, necessè foret aurum aut sulphur dissolvi, præsertim concusso loco hoc ferè vacuo. Nulla enim ibi est compressio. Quod artificium rerum comminuendarum nimis foret expeditum et elegans quàm ut audeam sperare hactenus fuisse neglectum. Quærendum igitur aliud gluten particularum corporis cohærentium.

---

a) *a speculandum.* — b) *et* omis.

* * *

1) Cf. *t. I*, pp. 139–140, 147–148 et 281; *t. II*, pp. 81–82, 82, 255 et 256; ci-dessus p. 25.

Corporum quæ connexio malleationem, ductilitatem, etc. inferat.

Si corporum connexio pendet à compressione aeris, jam patet ratio malleationis, ductilitatis, extensionis et incurvationis manentis.

Nam ea quæ constant particulis, id est homogeneis rotundis et æqualibus ac minimis, optimè et facillimè ducuntur. Unâ enim parte compressâ, cedunt particulæ in aliam, unâ aliam pellente; nulla enim particula omni loco non convenit, sed ubique collocari apta est, nullo alubi hiatu existente. In dissimilibus verò et inæqualibus etc. mutatur semper interstitium et pori tales locum mutant; particulis enim pyramidalibus se aliter erigentibus coactui mallei [a]), aliter distant à vicinis quàm antè, vicinasque cogunt alios poros facere cum suis vicinis quàm in connexione requiruntur, quæ causa est quòd dissiliant percussi lapides, sulphur etc.

Hinc apparet glaciem constare ex homogeneis angulatis, aquam verò ex rotundis [1]), igni eas circumdante, disjungente et ad majorem rotunditatem interstitijs igni oppletis, redigente.

Resultatio unde oriatur.

Hinc quoque sequeretur reflexio sive resultus in laminâ chalibeâ etc., de quo antea [2]) toties dubitavi. Nam in ferro magna est inæqualitas pororum et particularum (sicut antè [3]) demonstravi). Ijs igitur flectendo loco motis, loco necdum omninò mutato, pori quidem fiunt alubi majores, sed aer graviùs particulis incumbit quàm ut planè superetur et paululum duntaxat à pristino modo, quo incumbebat, removetur; unde fit ut vi remissâ, aer iterum superet particulasque in pristina loca restituat. Eo modo suctor in clausâ sentinâ attractus, aerem incumbentem aliquantulum quidem removet, <sed> [b]) festinè relictus [c]), resilit; vis enim aeris incumbentis, etsi maxima, po- | test tamen [d]) aliquantulum vinci, ita ut in clausâ hac sentinâ plus vacui relinquatur quàm fert natura aeris in eâ conclusi; quòque plus virium adhibetur, eò plus vacui efficitur, quod tamen vi remittente statim repletur, suctore ab aere incumbente in locum illum compulso. Ideòque aurum, plumbum etc. flectuntur quidem, sed non fit reflectio quia particulæ cedentes nihil mutant in corpore, sed eandem omninò connexionem (etiamsi homogenea aliâ [e]) atque aliâ sui parte se invicem tangant) conservant; plumbum verò habeat majora homogenea ac minùs fixa etc. quàm aurum, sphærica [f]) tamen non minùs quàm aurum, vel ferè.

Lapis quomodo fiat ex argillâ.

Argilla hoc modo videtur fieri lapis, id est substantia multò durior et firmior: Ignis qui illi admovetur, extrahit omnem aqueam substantiam quodque adhuc in argillâ aeris est, secum rapit. At si aliud nihil faceret ignis, verteretur argilla in

---

[a]) *erigentibus coactae mallio.* — [b]) *sed* omis. — [c]) *vestim relictus.* — [d]) *po*(dernier mot de la page) *tamen.* — [e]) d'abord *homogenea alia sui parte aliis*; puis *sui parte aliis* barré. — [f]) *spaerica.*

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 129–130.
[2]) Cf. *t. I*, pp. 40, 85, 85–86, 122, 178, 279; *t. II*, pp. 100–101, 105–106–107, 157, 230; ci-avant p. 26.
[3]) Cf. *t. I*, pp. 36, 287, 309; *t. II*, pp. 98, 144, 384 et ci-avant pp. 17 et 56.

pulveres eo modo quo ex silice, per vehementem calorem ignis, fit calx pulverulenta. Verùm ignis vehemens ita solvit particulas argillæ seque homogeneis ejus sic immiscet, ut particulæ istæ extensæ oppleant ista loca, ex quibus aer et aqua evolarunt. Ita quædam ignis particulæ sese miscent cum aquâ et aere in argillâ existentibus, eaque secum rapiunt; aliæ ignis particulæ se insinuant intra homogenea argillæ eaque emollientes ac ferè fundentes, extendunt in ijsque densantur, ita ut in ijs maneant cumque ijs eadem homogenea fiant. Cùm enim amissâ aquâ argilla multò levior foret, deprehenditur lapis ex eâ factus; per tot ignes exercitur etiam gravior quàm argilla erat.

Sulphur cur calidum sit nobis applicatum.

Sulphur dicitur calidum et siccum in tertio [a]) gradu.

Calidum esse existimo quia a calore, id est igni corporis nostri, in ignem, id est flammam lenem, convertitur. Videmus enim id accendi a quovis ferè calore. Attenuatum igitur et in pulverem tenuissimum redactum, subit poros cutis, ubi a calore loci attenuatur in flammulam; quæ flamma tam subtilis est et rara ac exilis, ut nequeat sulphur quod supra cutem extra poros illitum est, accendere; aliàs foret plus quàm in quarto gradu caloris. Ignis igitur is in poris calefacit corpus et secum rapit humorem, ideòque, ut dictum est, siccat.

Lumen perpetuò fluere experimento probatur.

13en September [b]) 1629.

Scripsi antè sæpiùs [1]) nihil lucere quod non minuitur ideòque carbonculos (quos dicunt) aut lapides, multa sæcula ejusdem ponderis manentes, noctu atrâ aut in loco undique clauso densissimâ materiâ non splendere. Idem etiam dixi [2]) de ligno putrido in teneribus lucente. Heri autem vidi tale lignum in tenebris lucere, quod per totum erat humidum; diù enim terræ palus (cujus pars erat inferior) [c]) infixus fuerat. Ex eo intellexi verum esse in hoc ligno quod scripseram, videlicet [d]) continuò aliquid lucendo defluere; aqua enim per ignem in aere semper volitantem, perpetuò evaporet. Ex hoc ligno verò particulam ejus aquæ adhærentem unâ rapit, quæ oculos ingressa, idem facit quod alubi dixi de sale aut oleo attenuatis. Verùm|[e]) ut adhuc certiùs per experimentum [f]) hæc probarem, siccavi in calido loco per noctem [g]) partem hujus ligni deprehendique hodiè siccatam partem in tenebris non lucere. Non enim potis est ignis circumstans educere particulas tales solus, quales heri per humorem eduxerat.

Motus in vacuo

Qui statuit moveri omnia in vacuo eo motu, quo aliud id tangens movebatur,

---

a) *in 3°.* — b) *Sept.* — c) *inferior) terrae infixus.* — d) *viz. semp*; puis *semp* barré. — e) *verum* se répète à la feuille suivante. — f) *per experientem.* — g) d'abord *noctem hoc lig*; puis *hoc lig* barré.

* * *

1) Cf. ci-avant p. 57, n. 3.
2) Cf. ci-avant p. 57; cf. aussi ci-avant p. 117.

is rationem reddiderit cur in universo omnia tandem non quiescant [1]). Nam si magnum corpus a minimo corpore moveri possit tam celeriter quam minimum hoc corpus (cùm maximum hoc tangeret) movebatur, et si magnum corpus motum occurrerit [a]) parvo corpori, eâdem celeritate moto ex adverso, utrumque quiescentem faciat; nunc motûs multiplicabuntur, nunc diminuentur. Cùm enim dissiluerit corpus in aliquot partes, unaquæque pars eodem motu movebitur quo totum, habebitque unaquæque pars vim eandem movendi et sistendi alia, quæ totum; et cùm fortè plures res invicem adhæserint, totum non celeriùs movebitur, nec plus habebit virium movendi et sistendi quam ante cohæsionem una pars habebat. Verùm quis crediderit globum ferreum maximi ponderis, ex bombardo emissum, ab una atomo, tam celeriter motâ, sisti posse? Aut cur in aere hoc nostro nullum signum exstat quo id probari possit, cùm tam sit tenuis; ac maximæ naves sæpiùs tam tardè moveantur, ut occursûs aeris aut aquæ parvam rationem habeant, nec tamen a re levi inhiberi possint [c]) [2])?

quomodo possit crescere.

Res maxima an a minimâ <vi>[b]) æqualiter mota, in vacuo sisti possit.

Quod igitur in vacuo movetur et alteri quiescenti ejusdem ponderis (id est ejusdem quantitatis corporeæ, sive plus sive minus loci occupet; hoc enim in vacuo ad rem nihil facit) <occurrit> [d]), id perget moveri cum eo quod quiescebat, dimidiâ celeritate quâ antè solum movebatur; non enim videtur aliter posse aliquid secum rapere nisi illi tantum de motu suo impertiat, quanta est proportio corporeitatis quiescentis ad corporeitatem moti. Una igitur atomus movebit quidem totam Terram, sed celeritate toties diminutâ quoties corporeitas atomi ingreditur corporeitatem orbis terrestris; sic parva sistent magna, sed eâdem proportione, id est sic <ut> [e]) id quod est centuplò majus, omninò sistetur per hoc centuplò celeriùs motum [3]).

Hinc petenda est ratio motûs celeris et tardi in navibus. Nam duæ naves, quarum una [f]) est duplum alterius, ejusdem tamen formæ et ex asseribus ejusdem crassitiei factæ, quarum vela etiam sunt dupla, movebuntur æquè celeriter, nam una [g]) erit alterâ [h]) duplò graviùs, duplò plus aeris et aquæ in movendo occurret, et velum majus duplò plus im | pelletur quàm minus, quia duplò plus loci est in eo. Omnia enim [i]) hæc sunt superficies eandem inter se rationem idcirco habentes [k]). Si verò naves impleantur oneribus, major habebit quadruplam rationem ponderis ad minorem reliquis manentibus; non poterit igitur majus velum in suam navem

Motûs celeris et tardi in navibus ratio.

---

a) *occurreris.* — b) *vi* manque. . — c) *possunt.* — d) *occurrit* omis. — e) *ut* omis. — f) *quarum unum.* — g) *nam unum.* — h) *altero.* — i) *Omnia .n.* — k) *rationes idcirco rationem habent* (sic).

* * *

1) A ce sujer cf. *t. I*, pp. 266–267.

2) Pour la note présente, cf. les lois du choc des corps mous que l'auteur avait établies au *t. I*, pp. 265–267; *t. II*, pp. 45–46 et 47.

3) C'est à dire la quantité de mouvement (*mv*) se conserve. Un passage du *Monde* de DESCARTES, commencé à la fin de 1629 (cf. *Oeuvres*, *t. XI* (*1909*), pp. 41–43) peut faire supposer que ce théorème qui a joué un si grand rôle dans sa philosophie, lui était alors connu. Cf. *t. I*, p. 265, n. 6.

onustam quantum potest minus velum in suam, et vice versâ non tantum impedietur gravior ab aere et aquâ quàm navis levior [a]).

Venti celeritatem indagare eamque esse finitam.

Verùm hîc notandum est ventum non ita movere uti supponitur trahere centrum Terræ; trahit enim Terra tam celeriter ut [b]) lapis cadentis celeritas nullam proportionem habeat ad celeritatem tractionis Terræ. At ventus non tam celeriter movetur ac fieri potest ut illâ ratione navis quædam celeriùs deberet moveri quàm ventus ipse; quod fieri non potest. Naves autem interdum celeritate motûs, vento non multum cedunt. Imò qui calopodijs super glacie incidunt secundo vento, celeriùs moventur ipso vento, quia non solo vento, sed etiam vi moventis moventur [c]); signum eos vento celeriùs moveri est quia sentiunt aerem faciebus suis occurrentem, cùm deberet præcedere.

Hinc etiam supputari potest quàm propinquus sit motus navium ad motum venti et cogitandum quò celeriùs navis movetur, eò minùs ventum posse ad eam adhuc magis accelerandam, occasione ponderis vel aliâ accedente. Idcirco oportebit primùm hanc rem examinare in virtute infinitâ continuâ determinatâ in celeritate. Ac si equus cimbam trahens celeritate cursûs non laboraret, sed tantùm vi tractionis, contingeret ut cimba in vacuo ita tracta celeritate motûs in infinitum augeretur; in aquâ verò donec occursus aeris et aquæ æquaret virtutem equi. Jam verò cùm equus solâ cursûs celeritate, etiamsi nihil traheret, fatigetur, res hîc aliter se habet.

Navis onusta gravior a vento continuo tardiùs movebitur quàm levior.

Navis igitur onusta esto duplò gravior navi æquali et simili, dico graviorem tardiùs promoveri ab eodem vento continuo. Nam fieri potest ut gravior celeriùs moveatur leviore, videlicet [d]) cùm per impetûs ventus flat; dum enim ventus intermittit aut remittit, gravior diutiùs motum servat ideòque redeunte venti impetu tàm celer fermè deprehenditur quàm fuerat antequam quiesceret. Levior verò navis multum de celeritate suâ remisit fitque interdum ut ventus iterum quiescat antequam ad pristinam celeritatem navis reducta fuerit aut ad paulò majorem; gravior verò in eodem tenore ferè manens, semper veluti de novo promovetur (intellige ubi æqualia aut similia sunt re | movenda in aere et aquâ) [e]). In continuo verò vento levior, ut dixi, celeriùs movetur duntaxat ob id quòd gravior profundiùs aquam ingreditur ideòque plus aquæ removendum est et minus aeris; difficiliùs autem est aquam removere, quia crassior, quàm aerem qui etiam separatim a vento ipso [f]) secundo removetur, nam si æqualia essent removenda, gravior quidem plus temporis requireret antequam ad summam celeritatem suam pervenisset, sed vice versâ diutiùs etiam eam retineret.

---

[a]) après *levior* d'abord: *Præterea*; puis barré; de nouveau: *Si igitur navis onusta duplo major*; puis ces mots barrés; alors: *habeat*, ce qui n'est pas barré, par inadvertance; enfin: *velum quadruplo majus removebit quadruplo plus aeris et* (pas barré) *aquae, ergo etiam quadruplo celerius movebitur quam minor navis etiam onusta illius subdupla magnitudine*; le tout barré sauf les mots indiqués. — [b]) *ut celeri*; puis *celeri* barré. — [c]) d'abord *moventur*; *unde*; puis *unde* barré. — [d]) *viz.* — [e]) pas de parenthèses. — [f]) *ipso* écrit dans l'interligne.

Ut hæc intelligantur, cogita in vacuo atomum impingi globo maximo, tum etiam globo minimo, aut si vis, gravissimo et levissimo. Primus impetus plus promovebit levissimum quàm graviorem; sic etiam secundus etc., donec ad atomorum, eâdem semper celeritate motarum ac de novo perpetuò impactarum, celeritatem pervenerit. Gravior tandem quidem ad eam celeritatem, sed seriùs perveniet; quamdiù enim non tam celeriter movetur quàm atomus, semper hujus impetus aliquid celeritati adijciet.

Atomus mota in vacuo quî magna et parva moveat.

Duæ verò naves similes, quarum una est alterâ major, quæ vacuæ propter vela proportionalia æqualiter promoventur, eæ onustæ velis manentibus, non promovebuntur æqualiter, duntaxat ob hoc quia parva navis vacua ad eandem onustam eam rationem non habet quam major vacua ad eandem onustam; vacuæ enim non constant solis superficiebus, sed asseres et ligna etc. sunt non minùs corpora quàm onera. Nec (cùm æqualiter moveri dixeram) [a]) aliter naves concipiendæ fuerunt quàm constantes ex nudis superficiebus mathematicis, non (uti [b]) tum dicebam) [a]) ex asseribus ejusdem crassitiei, quia eadem crassities majorem proportionem habet ad parvam quàm ad magnam capacitatem. Concipe igitur naves vacuas nullius gravitatis in removendis aere et aquâ solummodo occupatas; quantùm enim habent materiæ, tantum habere oneris putandæ sunt. Parva igitur navis onusta minorem proportionem habet ad eandem vacuam quàm magna similis ad suam.

Hinc sequitur naves minores vacuas majoribus indigere velis quàm pro ratione magnitudinis suæ, et naves majores onustas majoribus indigere velis quàm pro ratione gravitatis suæ ad gravitatem minorum. Navis quæ tota est lignum, pedis cubici quantitate promota per unum pedem, removet unius pedis aqueam quantitatem; navis verò octo pedum cubicorum quantitate [c]), etiam tota lignea et similis, promota, per unum pedem in longitudine removet tantùm quatuor pedes cubicos aquæ. Ita quoque se habent naves superficiales, si cogitentur immersæ aquis, aut si vis aeri; hæ igitur [d]) majores requirunt plus veli ad eandem celeritatem comparandam, illæ verò minores.

Naves minores vacuæ plus veli induere quàm majores pro proportione.

Refer nunc hæc ad naves reales, quæ con | stant ex superficiebus corporeis quæque ita onerantur ut superiùs, et multis in locis adhuc multum sit vacui. Quantumque aquis immerguntur, tantum habere oneris concipiendæ sunt; quantòque plus ex aquâ extant, tantò minus aquæ removendum esse.

Similium ergo navium minores magis aquis immerguntur pro ratione magnitudinis quàm majores; de vacuis loquor: debitè verò onustæ fortassè proportionaliter immerguntur. Si igitur vela proportionem habuerint ut superficies vacuarum, majores celeriùs promoventur; sic etiam si vela proportionem habuerint ut earum gravitates onustarum, majores quoque celeriùs promoventur.

30 Sept. 1629.

---

[a]) pas de parenthèses. — [b]) d'abord *vel uti*; puis *vel* corrigé en *non*. — [c]) d'abord *quantitate promo*; puis *promo* barré. — [d]) d'abord *igitur magnae*; puis *magnae* barré et *majores* écrit dans l'interligne.

Curru vectus oculis clausis cur se retrò vehi putet.

Als men op een waghen rydt ende syn ooghen toehoudt, soo schynt het een dat men achterwaerts rydt [1]).

De reden is omdat de waghens by horten voortgaen, want dit en geschiet niet als men vaert, omdat de schepen effen deur vaeren sonder horten. De reden leert ende de experientie toont, dat als een waghen of schuyte begint voort te gaen, de menschen achterwaerts na het achterste van de waghen of schuyte hellen, omdat de schuyte of waghen eerst voortgaet, daerna de voeten, die op de schute staen of den aers, die op den waghen sidt, naerdien sy daer vast op staen of sitten; maer het hooft wordt laest voortgetrocken, omdat het vast aan het onderste is, doch [a]) also dat het door de leden, die buyghen konnen, noch al wat los hanght, waerdoor het kompt, dat het hooft niet en volcht voor ende aleer dat het onderste soo verre voortgegaen is, dat de ledematen niet gemackelick meer buyghen en konnen [b]).

Globus in curru moto quî se habeat.

Dit merckt men alser eenen bol op de waghen of in de schuyte los licht. Men sal sien dat dien bol achterwaerts sal rollen als de waghen begint voort te gaen, maer als de schuyte nu int gaen is, sal se blyven ligghen, omdat se oock gaende blyft ende met dat cleyn puntken, daer se in de schuyte op licht, kan se genoecht voortgetrocken worden van de schuyte; maer so de waghen horisontael is, so sal den bol ten laesten tot aen het achterste van den waghen geraken, omdat de wagen altyt by horten voortgaet, sodat het is gelyck of se altyt op een nieuw voortginck, dan wat tragher, dan wat rasscher.

Also gaet het oock met des menschens hooft ofte opperste. Dat gaet altyt achterwaerts ende wort met gewelt in syn rechte gehouden. Ist dan vrempt, dat men denckt, datter yet is, dat ons achterwaerts doet gaen? Maer de ooghen open synde, so siet men het contrarie ende men en merckt op dat eerste gevoel niet.

Sonum eundem chordâ quovis transferre.

D. MARSENNUS [2]) in suâ *Musicâ* gallicâ, *Lib. I*, pag. 50 [3]), desiderat vocem eandem, id est ejusdem altitudinis, transferre per totum orbem terrarum, quod facit per fistulas non malè. Malè tamen videtur removere chordas ad hanc rem quia difficulter tenetur justa crassities. Ea autem habebitur si filum æris datæ magnitudinis fuerit etiam dati ponderis; suspende igitur ad [d]) certam longitudinem fili certum pondus, habebis eundem sonum. Fistulam verò aut tubum difficulter per omnes dimensiones similiter aptabis, ut etiam ipse dicit. |

---

[a]) *docht.* — [b]) d'abord *konnen. So s*; puis *So s* barré. — [c]) d'abord *Sonum chorda*; puis *chorda* barré. — [d]) *ad* ajouté dans l'interligne.

* * *

[1]) Cf. ci-avant pp. 23 et 105.

[2]) MARIN MERSENNE à Paris, avec qui BEECKMAN échangea des lettres à partir de mars 1629. BEECKMAN avait reçu le livre dont il s'agit, par l'intermédiaire de RIVET à Leyde, qui l'avait eu du Minime en avril (cf. *Correspondance du P. Marin Mersenne, t. II* (*Paris. 1936*), p. 227; cf. aussi pp. 105 et 202).

[3]) *Traité de l'Harmonie universelle. Où est contenu la Musique théorique et pratique des Anciens et Modernes avec les causes de ses effets. Enrichie de raisons prises de la philosophie et des mathématiques. Par le Sieur* DE SERMES (marque d'imprimeur). *A Paris, pour Guillaume Baudry, ruë des Amandiers, prés le Collège des Grassins. M.DC.XXVII. Avec privilége du Roy.* — in-8°; 32 + 304 pp.

Daer syn potten, als de spyse daer warm in blyft staen, so smaect de spyse na de pot, maer sy en smaeckt er niet na, al wort se in die pot gekoockt.

Spyse smaeckt na de pot als se warm daerin blyft staen, ende niet als er in gecoockt wort. Cur.

De reden is omdat int koken het vier van buyten in de pot kompt ende stoot hetgene, dat dicht aen de pot licht, geduerich daer af, sodat het genen tyt en heeft om diepe in den pot te dryngben ende sich met den geur des pots te vereenighen. Maer als er de spyse in staet, stille synde, so wort de vochtigheyt van de spyse dicht teghen de pot gedruckt van de swaerheyt der dynghen, die der in syn; ende dat deel, datter aen is, blyft er aen ende treckt dieper ende dieper in de gaetkens, also dat het ronsom met den geur van de pot bevanghen wort ende wort daermede gemeynght. Maer haddet maer daeraen gerocht ende terstondt wechgegaen, so en soudet niet besmet geweest syn. Gelyck ymant, die syn handt door de vlamme van een keerse slaet, die sal dat wel hondertmael doen sonder hem te verbranden, maer indien hy syn vyngher maer thienmael so langhe inde keerse hielt [a]) tseffens als er elcke reyse in blyft int deurslaen, hy salt wel voelen. Jae, roert een houdt geduerich in een vlamme, also dat het daer noyt uyt en gaet, het sal langher syn eert brandt dan oft stille laghe, om dieswille [b]) dat het deelken vier, dat begonnen heeft sich in te dryngben, wechraeckt; ende den wech, die begonnen is tot branden, wort altyt verandert, sodat het hout op veel plaetsen begonnen wort eert in brandt raeckt, ende ten past juyst niet dat het vierken door het hout verroert synde, effen in dat begonnen gemaecte gaetken of plaetsken geraken kan.

Mota in flammâ cur tardiùs ardeant.

MARINUS MARSENNUS in sua *Musicâ* gallicâ, *Lib. 2* [1]), pag. 399 dicit: „*Vistesse ou tardivité du mouvement cause de tout ce qui se fait par bilances*" [2]).

Librarum bilancium ratio.

Cujus rei ratio aptissimè reddi potest per ea, quæ paulò antè [3]) scripsi de motu. Ex ijs enim sequitur globum duplò graviorem, id est duplò plus corporeitatis habentem, sed duplò etiam tardiorem occurrentem [c]), in vacuo ab eo [4]) sisti, id est utrumque quiescere. Dictum est enim corporeitatem et motum inter se reciprocari [5]). Sic etiam ratiocinandum de bilance. Pondus enim, quod duplò plus spacij descendendo peragrat eodem [d]) tempore [e]), duplò etiam celeriùs descendit [f]), nam

[a]) d'abord *hielt alser*; puis *alser* barré. — [b]) *dienswille*. — [c]) *occurente*. — [d]) *dem* ajouté dans l'interligne. — [e]) d'abord *tempore quo aliud*; puis *quo aliud* barré. — [f]) *celerius descendere*.

* * *

[1]) Ce Livre porte le titre spécial: *Livre second de l'Harmonie universelle. Où l'harmonie de toutes les parties du Monde est expliquee tant en general qu'en particulier. Par le Sieur* DE SERMES (marque d'imprimeur). *A Paris, pour Guillaume Baudry, Rue des Amandiers. près le College des Grassins. M.DC.XXVII. Avec privilege du Roy.* — in-8°; 18 pp. suivies des pp. 305–477.

[2]) Ces mots se trouvent en marge de la page citée. Le mot „*cause*" porte l'accent tonique. A propos de telles considérations provenant des *Mechanica problemata* D'ARISTOTE (cap. 1 et 4), déjà BALDI, dans son ouvrage, cité par BEECKMAN (*t. II*, p. 378) ne voulut pas affirmer „que cet admirable effet ait pour cause la vitesse qui résulte de la longueur du bras de levier" (*o.c.*, p. 36). BENEDETTI, pas encore lu par BEECKMAN, assurait que les lois du levier „ne dépendent aucunement de la rapidité ni de la lenteur du mouvement" (*Diversarum speculationum.... Liber, Taurini, 1585*, p. 153). A ces auteurs se ralliait STEVIN dans un chapitre de l'*Appendice* à sa *Statique* (*Vierde Stuck der Wisconstighe Ghedachtnissen. Van de Weeghconst* (*Leyden, 1605*), Anhangh, 1e Hoofdstick, p. 170, ou *Hypomnemata math.* (*Lugd. Bat.*, *1605*), Appendix Statices, cap. 1, p. 151).

[3]) Cf. ci-dessus pp. 128–129.

[4]) A lire plutôt: *ab altero* ou *a leviore*.

[5]) Cf. ci-dessus p. 129, n. 1 et 2.

singulis totius spatij punctis duplò celeriùs descendunt corpora in vacuo; semper enim motûs priores manent, novis continuò accedentibus. Ergo quod eo tempore duos pedes peragrat, quo aliud unum tantùm pedem conficit, id duplò celeriùs movetur. Cùm autem in bilance utraque pars pondus habeat, tanta est motuum tarditas, ut aer motûs nequaquam sensibiliter impediat, ideòque hîc est loco vacui[1]).

Motus corporis cadentis crescit.

Quod si MARCENNUS hic probè intellexissit, non scripsisset ad me 20° Augusti 1629 [2]):

,,*Sed et motum corporis cadentis celeriùs moveri supponis in secundo quàm in* ,,*primo, et in tertio* [a]) *quàm in secundo pede, quod falsum arbitror, tam experientiâ meâ quam ratione fultus*", ,,*Cur enim*" | — inquit — ,,*velociùs moveretur, cùm* ,,*sit ubicunque loci et itineris ejusdem ponderis* [3]) *et semper naturaliter descendat?*" ,,*Immò*" — inquit — ,,*credimus hîc potiùs eò moveri tardiùs quò magis descendit,* ,,*quamquam*" — inquit — ,,*neque id demonstrari queat, et fortassè falsum est* [4])".

Quæ ejus verba ostendunt eum naturam celeritatis, aut quomodo celeritas in bilance majus pondus causetur, non intellexisse [b]) [5]).

Nec oportet dubitare quî hîc [6]) ratio redditur in isorhopicis [7]) per motum, ubi in æquilibrijs nullus est motus. Etiamsi enim nullus est motus cùm res pendent in æquilibrio, statim tamen foret motus si vis externa (ventus etc.) [c]) pondera hæc ex æquilibrio dimoveret [d]) ac extemplo per rationem allatam ad æquilibrium redirent. Omnia autem, quæ simul ac coguntur locum suum mutare, ad eum revertuntur; eum eâ sponte nunquam mutant. Sic lapides nunquam sponte et absque vi externâ ascendunt; quæ quiescunt apud nos nunquam spontè moventur, quamquam ne id quidem in vacuo facere alubi [8]) verè diximus. Potest igitur æquilibrij causa esse motûs, etiamsi ea, quæ in æquilibrio sunt, non moveantur; causa enim æquilibrij est motus præteritus et futurus; impræsentiarum verò quiescit quia præteritus et futurus motus quietem moliuntur [9]).

Meridianum exactè obser-

Diximus antè [10]) quàm sit difficile observare verum meridianum, ita ut ne unico quidem secundo temporis ab eo aberremus.

---

[a]) *in 2 quam in 1 et in 3.* — [b]) *causetur nitellexisse.* — [c]) pas de parenthèses. — [d]) *dimoverent.*

* * *

[1]) Après avoir lu cette note en 1630, MERSENNE demanda l'opinion de DESCARTES sur la question. Cf. au *t. IV* les deux lettres de DESCARTES à MERSENNE que nous croyons écrites vers la seconde moitié d'août 1630 et vers le 20 septembre 1630.

[2]) Cette lettre de MERSENNE est perdue, mais on trouvera la réponse de BEECKMAN du 1er octobre au *t. IV*. Probablement la note actuelle fut écrite à la même date.

[3]) A propos de cette expression cf. la note à la date du 20 août 1629 dans notre *t. IV*.

[4]) MERSENNE était induit en erreur, puisqu'il avait dû faire ses expériences dans l'air.

[5]) En effet selon la conception péripatéticienne, ce serait la vitesse qui est proportionnelle à la force mouvante, tandis que BEECKMAN soutenait la proportionalité de la force et l'accélération du mouvement.

[6]) L'auteur retourne à ses considérations sur l'équilibre de la balance.

[7]) Théorie de l'équilibre.

[8]) Cf. *t. I*, p. 265 et *t. II* p. 45.

[9]) Affirmation du caractère infinitésimal du principe des déplacements *virtuels* qui, sous ce rapport, avait été rejeté par STEVIN et ne fut généralisé que plus tard par HUYGENS et BERNOUILLI.

[10]) Cf. *t. I*, p. 12 et *t. II*, pp. 20–21 et 151–152.

Quædam tamen, quæ ad accurationem facienda tum videbantur, ibi proposuimus. Nunc verò hîc existimamus etiam alio modo ad observationum exactionem perveniri posse, ita ut temporis exactio multò major sit quàm altitudinis. vare per horologium.

Fiat horologium cujus horologij denticuli in rotâ velocissimâ exsecti, 3600 in horâ permutentur, id est 3600 pulsûs audiantur, qui ex reciprocatione recti ferri (quod Belgæ vocant *onruste*) oriuntur, ita ut unus pulsus secundum unum temporis æquet [1]). Dato etiam operam ut quotidiè ad meridianum explores an benè horologium se habeat; quodque ponderis desideratur vel superest, adde vel deme.

Quando igitur phænomenon aliquod [a]) observas, fac ut alius numeret quotus pulsus sit à certâ quâdam horâ vel rotæ loco, ac pergat numerare usque ad secundam observationem; habebis duarum observationum exactissimam temporis differentiam [2]).

Non dico exactam horam diei, nam quantum peccaveris in horâ duodecimâ per Solis umbram etc. ad meridianum acceptâ, tantum etiam erit peccatum in hac horâ diei; at in differentiâ temporis non plus peccaveris quàm totius diei peccatum [b]) pro ratione hujus differentiæ divisum, ut, si 24 horis error fuerit unius minuti, unâ horâ peccatum erit 24tæ partis unius minuti. Vides igitur usum hujus rei esse in ijs, quæ temporis admodum exiguam differentiam requirunt. Hîc enim non fit quod in alijs, ubi in minimis non minor error quàm in maximis est timendus; qui enim observat distantiam duarum stellarum tribus tantùm gradibus ab invicem remotarum, tantum à vero aberrare poterit, quàm si 100 gradibus ab invicem fuissent remotæ, quod hîc non fit quia error pro ratione temporis divisi etiam dividitur.

Si laboriosum est numerare [c]) pulsûs, poteris numerum in rotâ notis quibusdam designare. Et si fortè aliquid [d]) ita observandum sit horologio tuo non examinato, observa nihilominus et postea, eodem die (uno enim die aura parùm mutatur) aut statim ab observatione, horlogium tuum examinato; at si deprehenderis horas in eo esse | majores justo, id pro ratione aufer à tuâ temporis differentiâ, et contrà, si minores adde. Maximam verò omnium exactionem consequeris in ijs observationibus, ubi proportio duntaxat temporis requiritur: tum enim non est horologium examinandum, sed sufficit illud hoc tempore æqualiter moveri, ut si velim observare quanto plus unâ quàm alterâ horâ phænomenon altiùs redditum sit etc.

D. Des Chartes in *Musicâ* suâ, quam ante 12 annos in meam gratiam Consonantiae

---

a) *aliquot.* — b) d'abord *peccatum per ha*; puis *per ha* barré. — c) *re* écrit à l'encre plus pâle dans l'interligne. — d) *aliquit.*

* * *

1) Pour les horloges de cette époque (dont nous avous déjà remarqué qu'elles n'avaient pas encore de pendule) cf. t. *II*, p. 297, n. 4; p. 298 et ci-avant p. 112, n. 3.

2) Pour une adaptation de l'horloge de l'auteur aux observations astronomiques, cf. ci-dessous p. 153–157 et à la détermination des longitudes, ci-après p. 198.

omnes ex continuâ chordae bisectione.

Bredæ conscripsit [1]), quam etiam huic libro inseri [a]) jussi [2]), dicit non inconcinnè ex perpetuâ chordæ [b]) bisectione omnes consonantias et gradûs oriri, ita ut *AB* ad *AC* sit octava, *AD* ad *AC* sit quinta, *AE* ad *AC* sit ditonus, *AF* ad *AC* sit[c]) tonus major [3]). Unde etiam sequeretur *AG* ad *AC* esse semitonium majus et *AF* ad *AG* semitonium minus; eo modo quo *AF* ad *AC* est tonus major et *EA* ad *FA* tonus minor, et sicut ibi dicitur, accidentales consonantias ex hac divisione relinqui.

G
A C F E D B

Fig. 22.

At *AG ad AC* est *ut* 17 *ad* 16 et *AF ad AG ut* 18 *ad* 17, cùm tamen semitonium usitatum sit ut 16 ad 15 etc. Unde sequitur musicæ formam non consistere in hac divisionis concinnitate, nisi quatenus ea ictuum identitas explicatur in consonantijs; et gradûs desumi ex transitu unius consonantiæ ad aliam, sive hi cum hac divisione respondeant, ut in tono majore et minore, sive non, ut in semitonium ostensum est.

P. Paulus idem quod ego de motu sentiebat.

Dictum est [d]) mihi hodiè, qui est dies 11 octob. 1629, Patrem PAULUM Servitam Venetum [4]) sentire idem quod ego, ut antè sæpè patet, de motu, videlicet [e]) *quicquid semel movetur, id semper moveri nisi impedimentum accedat*, eoque probasse æternitatem motûs in cœlis a Deo semel motis [5]). Id mihi dixit, inquam, D. COLVIUS [6]), qui id ex scriptis ejus Patris Venetijs annotaverat [7]).

Plebs cur aliter quàm docti

Præter ea quæ antè [8]) proposui de psalmorum vitijs a plebe correctis, duo adhuc notanda sunt.

[a]) *inserui.* — [b]) d'abord *chordæ diviones*; puis *diviones* barré; enfin *divi*, mais *divi* barré égalément. — [c]) *sit* deux fois. — [d]) *dixit.* — [e]) *viz.*

* * *

[1]) Cf. *t. I*, p. 257 et ci-dessus p. 94.

[2]) Cf. ci-dessus p. 94, n. 6. Vers cette époque le manuscrit original fut redemandé par DESCARTES.

[3]) Cf. la note analogue au *t. I*, pp. 258–259, où nous avons indiqué le passage correspondant du *Compendium Musicæ*.

[4]) PIETRO SARPI, né à Venise le 14 avril 1552, fils de FRANCESCO et d'ISABELLA MORELLI, prit le nom de Fra PAOLO lorsqu'il entra dans l'Ordre des Servites, dont il devint, en 1579, à Venise, le Provincial. Devenu conseiller de la République, il soutint, dès 1606, les droits de cet état contre l'excommunication prononcée par le pape. SARPI ne se montra pas seulement un esprit très libre, il était aussi un savant universel, auquel on attribue diverses découvertes en physique et en anatomie. Il était en correspondance avec plusieurs érudits. Il mourut à Venise le 7 janvier 1623.

[5]) Cf. *t. I*, p. 10. En appliquant la loi d'inertie aux mouvements circulaires BEECKMAN commit une erreur qui se trouve encore chez des auteurs postérieurs.

[6]) Pour le séjour de COLVIUS à Venise, cf. ci-dessus pp. 17 et 39. Il aurait possédé un manuscrit inachevé de SARPI (*Les secrets de la Papauté*); d'ailleurs il traduisit de l'italien l'Histoire de l'Inquisition du même (*Rotterdam, 1651*). Aussi COLVIUS put-il montrer à PAUL COLOMIÈS plusieurs lettres que lui avait addressées Fra FULGENZIO MICANZIO, le successeur de SARPI, le dépositaire de ses manuscrits et son biographe (COLOMESII *Opuscula*, 1661, pp. 541 et 542).

[7]) En parlant du séjour de COLVIUS à Venise, VOET relate que celui-ci „illico verba illa in diarium suum (quod audita, visa, gesta, memoranda, non pauca continet) retulit, ibique mihi legenda et unde enotanda exhibuit" (*Selectarum Dispp. t. I* (*Ultraj., 1648*), p. 128). Les *Adversaria* mentionnés *t. I*, p. XXXI, n. 2, ne contiennent rien concernant le sujet actuel.

[8]) Cf. ci-avant pp. 35, n. 3 et 80–83.

Primum est plebem hîc omnes notas ejusdem temporis, id est longitudinis [a]), æquales facere. Unde *Psalmo 16°*, versu 5°, id est penultimo, canere videtur *sol sol mi fa* pro *sol fa mi fa*; cùm enim illud *mi* inter duo *fa* est collocatum, distans ab ijs semitonio, necessarium videtur canendum cum elevatione manûs, quia cum utroque *fa* dissonat et tendimus veluti per cadentiam ad unisonum. Quoniam igitur hoc hîc [b]) non fiat a plebe, cùm sit septima versus, cadentia hîc nullum habet locum, quia hoc *mi* nimis [c]) durum videretur, æquè fortiter pronunciatum quàm duo *fa*. psalmos canat.

Alterum est interdum sillabarum quantitates videri notas mutandi[d]) præbere occasionem. Ut *Psalmo 23°*, versu 4°, ubi plebs [e]) canit *sol sol fa sol re sol* pro *sol sol fa sol fa sol*. Ubi quinta nota habet sub se longam syllabam primam in *water*; debebat autem habere sub sese | syllabam breviorem quàm quæ sunt sub utroque *sol*, ob rationem præcedentem; idcirco in reliquis verbis ejusdem loci non tam difficulter *fa* cani videtur, quamquam hîc etiam præcedens ratio valet cùm hoc *fa* sit nota quinta. Solet enim plebs ad finem præcedentis versûs quiescere, etiamsi ibi quiescendum non esse, notæ musicæ demonstrant; idque facit etiam quia temporis differentiam non observat. Impares autem notæ (ut patet) in plebis hac negligentiâ, semper cum depressione manûs canuntur. Et plebs tempus non observat, quia [f]) omnis diversitas ordinata molestior et difficilior est observatu quàm mera æqualitas; hîc enim unum [g]) duntaxat observandum est, ibi verò plura.

Psalmorum notæ mutantur a plebe ob syllabarum vitia.

Ad hæc omnium maximè notandum est Belgas in versibus faciendis solere uti jambis aut trochæis, id est alternis; unam syllabam corripere, alteram verò producere. In versibus, inquam, qui canuntur, id est qui certum habent numerum syllabarum, nam rhetores vulgares tactûs potiùs observant, de quâ re antè [1]) nonnihil scripsi. At psalmi, uti etiam cantilenæ, omnes ferè constant definito numero versuum et versûs definitis syllabis. Cùm igitur poeta Belga qui versûs psalmorum composuit, errat, id est pro longâ syllabâ brevem aut contrà posuit, aliquantulum turbatur cantus; idcirco meliùs canerentur psalmi quos composuit D. ALDEGONDE [2]) aut SPETHE [3]), qui quantitatem benè observarunt.

Psalmi versibus jambicis aut trochaicis constantes, quomodo canantur a plebe.

Credo etiam me antè alubi ostendisse manifestò psalmos vitiosè et molestiùs cantari, ubi syllabæ alternis non variant, ut fit in ijs quos composuit DATHENUS [4])

---

[a]) *longitudine.* — [b]) d'abord *hic fieri nequit*; puis *fieri nequit* barré. — [c]) *hoc* mi *nimus.* — [d]) *multandi.* — [e]) le *s* final ajouté dans l'interligne à l'encre plus pâle. — [f]) les sept lignes précédentes à partir du fol. 352*verso* se trouvent aussi en haut du fol. 353*verso*; apparemment l'auteur en continuant la dernière ligne du fol. 352*recto*, avait tourné deux pages par inadvertance. En remarquant sa faute, il a copié de nouveau à fol. 352*verso*, ce qu'il avait écrit à fol. 353*verso* et ceci fut barré. — [f]) Le texte barré continuait après le mot *quia* par ces mots: *quia facilius in ignoto psalmo omnes notas aequales facimus quam artificialiter inaequales. Omnis enim diversitas ordinata molestior est quam aequalitas, ubi unum.* — [g]) à partir de ce mot l'encre est plus pâle.

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 226 et 348–350; *t. II*, pp. 196 et 315.

[2]) Pour le titre exact cf. *t. I*, p. 18, la note 2.

[3]) Pour le titre de sa traduction cf. *t. II*, p. 23, n. 1.

[4]) *De Psalmen Davids ende ander lofzangen, uyt den Francoyschen Dichte in Nederlantschen overgheset,*

Hinc enim fit interdum ut syllaba, quam leviùs audiri musica desiderat, fortissimè audiatur, ideòque nota in alium locum a plebe reponitur in quo modus eam fortiùs audiri permittit.

CHRISTOPHORO SCHEINER *Societ. Iesu presbytero* (vignette, dont à gauche *16*, à droit *17*) *cum facultate Superiorum. Ingolstadii, Ex Officina Typographica Ederiana, apud Elisabetham Angermariam. Cum gratia et Privilegio Cæsareæ Maiestatis.*

[1]) Cf. ci-avant p. 25, n. 1.

[2]) Cette éclipse, dont le milieu arriva à 6 heures du soir, était centrale pour les lieux de d'une latitude de 44 degrés.

[3]) Voir la note 1 à la page 156.

horologij et solarij differentia; paulò tamen celeriùs (potiùs quàm tardiùs) [a]) debito horologium vertebatur [1]).

Intercesserunt igitur pulsûs inter digitum

8 et 9	300
9 et 10	288
10 et 10	1382
10 et 9	200
9 et 8	219
8 et 7	292
7 et 6	362
6 et 4	400
4 et 3	187
3 et 2	388
2 et 1	136
1 et 0	237
	4391

Hîc vides ab eo tempore quo jam octo digiti essent obscurati, intercessisse pulsûs 4391, quos idcirco addidi quia ob Solis tremulum ac instrumentum vacillans singulos digitos non tam accuratè [b]) quàm volebam observare potuerim. Omnes tamen pulsûs simul juncti, satis exactè ostendunt [c]) tempus prædictum: exactissimè enim observavi Lunæ ex disco Solis exitum. Potuit tamen fieri ut dum juberem singulorum digitorum pulsûs notari, tres aut quatuor pulsûs in singulis digitis fierint neglecti; esto igitur numerus potiùs paulò major quàm minor [d]).

Ab hoc tempore usque dum extremus Solis limbus horisontem stringeret, intercessit tempus pulsuum 584

Totus verò Sol occubuit post pulsûs. 256

Horologij mei pulsûs cum secundis horarum conferuntur.

Ut autem intelligas quem habeant hi pulsûs proportionem ad secundas horarias, ita se habet:

Circulus ferreus in horologio meo qui celerrimè movetur, id est qui sæpissimè omnium convertitur, id est cui adjunctum est ferrum reciprocans (quod belgicè *onruste* vocatur) continet dentes [e]) 21; cùmque ferrum reciprocans duas habeat apophyses quorum utrique singuli dentes occurrentes pulsum [f]) aut sonitum edunt, duplò plures pulsûs audiuntur quàm sunt dentes [g]) | antequam hic circulus ferreus semel convolvitur [h]).

---

[a]) pas de parenthèses. — [b]) *accurare.* — [c]) *ostendum.* — [d]) les sept lignes précédentes sont écrites en regard du tableau. — [e]) d'abord *dentes ret*; puis *ret* barré. — [f]) d'abord *pulsum* edunt; puis *edunt* barré. — [g]) d'abord *dentes pulsus*; puis *pulsus* barré. — [h]) d'abord *convolvitur. I igitur rota*; puis *I igitur rota* barré.

* * *

[1]) L'auteur avait déjà insisté sur l'utilité d'un horloge qui bat les secondes, ci-dessus pp. 134–135, et il avait recommandé une semblable comparaison ci-dessus p. 145. Pour une autre application, cf. ci-après p. 203.

Continet igitur pulsûs rota 1	42	
Huic annexa est ad eundem axem rotula continens dentes	6	
Hæc rotula inseritur [a]) rotæ quæ est 2	54	dentium.
Huic ad eundem axem rotula	6	dentium juncta est.
Hæc inseritur rotæ 3	55	dentium.
Hujus axi conjuncta rotula	6	etiam dentium.
Hæc inseritur rotulæ 4	6	tantùm dentium.
Ad cujus axem est rotula	4	dentium.
Hæc verò inseritur rotæ 5	58	dentium; es tom-

nium ultima, eâque conversâ index horologij transijt per omnes horas duodecim.

His positis quærendum est quot pulsûs unicâ horâ audiantur. Cùm igitur rota, quâ semel versâ 42 pulsûs audiuntur, simul vertitur cum rotulâ suâ 6 dentium cùmque hæc in rotâ 54 dentium 9 contineatur, palam est hanc semel verti dum duæ præcendentes vertuntur novies; 9 ergo ducta in 42 efficiunt 378, id est rotâ 54 dentium semel versâ, audiuntur pulsûs 378; cùmque rotula hujus axi adjuncta sit 6 dentium inseraturque rotæ 55 dentium, palam est 54 et 6 dentium rotas [b]) verti $9^1/_6$ eo tempore quo rota 55 dentium vertitur semel. Ductis igitur $9^1/_6$ in 378 numerum pulsuum qui audiuntur dum rota 54 dentium semel vertitur, fit 3465. Jam verò, cùm quarta rota sit etiam 6 dentium ac hujus axi adjuncta sit rotula 4 dentium, totidem etiam pulsûs audiuntur [c]), etiam dum hæ ultimæ semel vertuntur. At cùm rotula 4 dentium $14^1/_2$ contineatur in rotâ 58 dentium, illa cum rotis 6 et 6 et 55 dentium $14^1/_2$ vertuntur dum rota 58 dentium semel vertitur. Ductis igitur $14^1/_2$ in 3465 pulsûs qui audiuntur dum rotæ 4,6, 6 et 55 dentium semel vertuntur, fiunt $50242^1/_2$, quot pulsûs audiuntur dum rota 58 dentium semel vertitur. Eâ verò semel versâ, index ,ut dixi, per 12 horas transit; hisce igitur pulsibus divisis per 12, fiunt 4187 ferè, quot pulsûs audiuntur in unâ horâ.

Breviter repetendo ita processimus:

21	3465 [d])	
2	$14^1/_2$	
42	13860	$50242^1/_2$ } $4186^7/_8$ [e])
9	3465	12
378	$1732^1/_2$	
$9^1/_6$	$50242^1/_2$	
3402		
63		
3465		

a) d'abord *inseritur alteri rotulae dentes continenti*; puis les quatre derniers mots barrés; puis *rotulae*, ce qui est barré encore. — b) d'abord *palam est eam move*; puis *eam move* barré et *54* et *6 dentium rotas* écrit dans l'interligne. — c) d'abord *audiuntur dum*; puis *dum* barré. — d) le nombre 3465 n'est pas repété, les deux colonnes se trouvant l'une au dessous de l'autre. — e) la division que nous avons mise à droite, se trouve dans le ms à gauche de l'autre calcul.

Hi sunt pulsûs de quibus in hujus eclypseos observatione locutus sum, qui paulò sunt [a]) minores quàm secunda horaria quarum 3600 horam conficiunt.

Hæc tantummodo ob discipulorum amicorumque [1]) concursum notare potui. Inter quæ observatio temporis inter exitum Lunæ à Solis disco usque ad Solis occasum, tam secundùm infimum quàm supremum margines, adeò certa et exacta est, ut nemo astronomus de eâ dubitare unquam debeat; utimini eâ audacter [b]). |

Præcedens eclipseos observatio facta est Dortrechti Batavorum in Gymnasio nostro an° 1630, die 10 Junij, ut dictum est.

Solis altitudines Dordrechti observati, ut poli ejus altitudo colligitur.

Den 20^{en} Junij 1630 ibidem altitudinem Solis meridianam sexaginti et unius gradûs cum <triginta> [c]) septem minutis primis cum dimidio, id est
gr. 61 37′ 30″ . . . . 61–37′–30″
Den 23^{en} dito erat altitudo meridiana graduum . . . . 61–35′– 0″ [2]).

Den 22^{en} Decemb. 1630 [3]) Dordrechti in gymnasio nostro altitudinem Solis meridianam invenimus nubilo nonnihil cœlo, graduum . . . . 14–37′–0″
Den 23 dito cœlo clarissimo, vento parùm aut nihil spirante . . . . 14–41′–0″
Den 24^{en} dito altitudo non visa fuit admodum mutata, quod fieri potuit ob ventum qui mutitabat quadrantem et quia quotidie instrumentum solvitur.

Den 19^{en} Novemb. 1630 (neglexi hoc antè inserere) [4]) post mediam noctem rota prima in præcedentibus dicta horologij mei, quæ rota uti ibi habetur singulis conversionibus, edit 42 pulsûs. Eâ conversâ fuit post mediam noctem satis exactè observatam $25\frac{1}{2}$, id est edidit pulsûs 1071, cùm Luna desineret eclipsari et inferior Lunæ limbus erat supra horisontem nostrum gr. 56 15′ [5]). Hac ultimâ horâ cœlum fuit nonnihil nubilosum. Tempus autem noctis mediæ observavi per Lunæ umbram, ac noctem mediam vocavi cùm Luna esset exactè in nostro meridiano.

---

[a]) d'abord *sunt maj*; puis *maj* barré. — [b]) *utimini eâ audacter*, peut-être ajouté plus tard. — [c]) *triginta* omis.

* * *

[1]) Parmi ces amis il faut compter sans doute MARTINUS HORTENSIUS, né à Delft en 1605 qui avait été l'élève de BEECKMAN à Rotterdam (cf. BOITET, *Beschr. van Delft* (*Delft 1729*), p. 726). Il étudia les mathématiques à Leyde, où il fut immatriculé le 13 mars 1628 et le 7 mai 1630 et où il y donna des leçons. Par l'intermédiaire de BEECKMAN, HORTENSIUS avait déjà fait la connaissance de l'astronome PHILIPPE LANSBERGEN à Middelbourg, et il lui communiqua la présente observation, dont aussi bien HORTENSIUS que LANSBERGEN ont parlé dans leures publications ultérieures. Nous y revenons dans notre *t. IV*.

[2]) Pour une observation analogue cf. *t. I*, p. 106.

[3]) C'est plus tard que BEECKMAN inséra ici cette note et les suivantes que nous séparons des autres par des traits horizontaux. Les notes faites, la moitié inférieure de la page resta encore en blanc.

[4]) Apparemment quelque temps après le 19 novembre 1630. L'encre a changé de couleur.

[5]) L'éclipse de Lune du 19 novembre 1630 était partielle; le milieu arriva à $10\frac{3}{4}$ h. du soir et la grandeu était de $8\frac{1}{2}$ degrés.

Den 9en Meerte <1631> [a]) altitudinem Solis invenerunt discipuli mei . . . . gr 33–45′–0″
Den 10en Meerte ijdem etiam Dordrechti eandem observarunt . . . gr 34–30′–0″
Den 19en ibidem, ut semper, ijdem altitudinem Solis mensi sunt gr 37–45′–0″

Lentes sphærarum majorum luculentiores imagines proijciunt.

SCHEINER, *cap. X, part. 1, Lib. 3 Fundamenti optici* [1]), in *Corollario* pag. 133 in medio, fallitur cùm dicit lentes convexas sphærarum minimarum portiones proijcere imagines luculentiores, etiam quòd bases vitris viciniores existant, ideòque radijs fortioribus imbuantur. Nam vicinitas tum prodest cùm radij semper longiùs sese extendunt et à majori spacio velut diluuntur; hîc verò omnes in vitrum incidentes, conveniunt in uno puncto, ergo concursûs breviores multa puncta confundunt; aut vitrum quoddam in lente facit ne unius puncti omnes in vitrum incidentes radij exactè concurrant. Sic enim lentes planiores mundiùs proijcerent imagines.

Radiorum quatuor genera [b]) resultant a prismate vitreo.

KEPLERUS, *Dioptr.* [2]), *Prop. XVII* dicit tria genera radiorum resultare ab irradiato prismate vitreo. At quarti generis non meminit, quod est resultatio radiorum ab illo puncto, in quod radius Solis incidit in omnes plagas, eo modo quo resultat a rebus asperis; aliàs enim ea pars vitri non posset [c]) videri ab omnibus oculis, diverso loco sitis.

Probatur etiam per id quod antè [3]) ex SCHEINERO correxi de imaginibus per vitrum convexum loco obscuro in [d]) speculo etiam visis. Non possent enim videri nisi in speculo foret aliqua inæqualitas, nam specula exquisitè æqualia omnes radios ad unum duntaxat locum reflecterent; hîc verò omnes astantes in ipso vitro imagines conspiciunt.

Imò et quintum fortassis genus radiorum negligit. Quis enim non existimabit nonnihil radiorum rectâ absque refractione transire? Quod etiam probari posset per *cap. XIII, part. 1, Lib. 3,* ejusdem SCHEINERI [2]), ubi in luculento experimento, quod vocat, videre est foramina in asserculo, convexum vitrum obtegente, singula integras imagines distinctè proijcere, non aliter ac si foramina essent in ipso vitro. Nam refractio imagines in longiore papyri à vitro distantiâ, conjungit; hîc verò ante illum communem concursum imagines proijcit, quod non aliter fieri videtur quàm per radios irrefractos vitrum transeuntes. Nisi quis existimet radios refractos esse duplices aut potiùs multiplices, quorum una pars longiùs secundùm refractionis naturam excurrat, alteras verò ad vitri puncta interna ita incidere, ut vel ad quævis vel ad alium etiam locum dissiliant.

---

a) *1631* omis. — b) *Radiorum 4 genera.* — c) *possent.* — d) d'abord *in papiro*; puis *papiro* barré.

* * *

1) Ouvrage cité ci-dessus p. 150.
2) Voir pour le titre exact, au *t. I*, p. 304.
3) Cf. ci-dessus p. 150–151.

Quicquid sit, occasionem nobis præbet admirandi quòd tot radijs deperditis, tamen [a]) tubi oculares, quibus tam longinqua [b]) videntur, tam exactè fieri possint. Tum etiam sperandi fore aliquando ut omnibus hisce radijs conservatis, ea simus visuri quæ nunc omnibus doctis invisibilia esse videntur.

Hypotheticæ propositionis facillima ratio.

Propositio hypothetica tribus tantùm terminis constans, nihil est aliud quàm enthymema. Fit enim ea propositio cùm cathegorici syllogismi major vel minor cum conclusione per copulam *si* combinatur. Tanta igitur hujus propositionis est varietas quantam in tribus figuris per omnes modos simplices propositiones præ se ferunt. Id ergo considerantes, nullo negotio hypotheticos syllogismos reducent ad cathegoricos, nisi [c]) ex [d]) propositione omissâ cum assumtione syllogismum construant naturamque hypotheticorum penitùs intelligent. |

Sol et stellæ quomodo nutriantur.

Ubique ferè in hoc opere loquor de radijs solaribus ex Sole et fixis perpetuò effluentibus. At quomodo Sol perpetuis hisce effluvijs sufficiat, nunquam satis liquidò, quantum memini, explicui, neque cur tot fixæ, simul sumptæ, Solis calorem et lumen noctu superent. Non enim est verisimile, credo [e]), cum Solis ortu tantum lumen super Terram effundi ob Solis [f]) lumen luminibus stellarum additum; multò enim quàm duplò plus luminis de die quàm de nocte spargitur in nostrum horisontem. Augere tamen lumen in Terrâ negari nequit et singulas propter unius Solis tantò majus lumen non apparere, etiamsi omnes, simul sumptæ, plus possent; nulla enim tam insignis est, ut visum nostrum jam a lumine Solis occupatum, sensibiliter movere et ad se convertere queat.

Dico igitur ex omnibus corporibus, non tantùm stellis fixis et Sole, verùm etiam ex planetis et ex Terrâ, omnibus ejusdem naturæ existentibus, perpetuò extra earum sphærarum [g]) activitatem, omnis generis corpuscula effluere mediante igni qui omnibus ijs in formâ olei aut sulphuris inest, et semper aliquâ sui parte, non aliter quàm [h]) candela ardet. Hæc effluvia fiunt, modo antehac sæpiùs dicto, primùm supra corporis aerem, suntque non tantùm sulphur merum attenuatum, id est ignis nudus, verùm cum igni aqua, terra et aer. Imò non sunt nudæ flammulæ, sed potiùs prunulæ quæ intus corpore constant, necdum accenso. Pedetentimque etiam cùm jam sunt supra aerem, sicut candelulæ aut scintillæ ex prunis fractis in camino volitantibus, consumuntur. Tum, inquam, consumuntur cùm *fumi* vocantur et post se reliquunt aliquid quod simile est cineribus; *vapor* verò non dicitur consumi, sed ignis dicitur ab aquâ separari fitque pluvia simul cum dictis terreis cineribus.

Effluvia stellarum sunt prunulæ.

Effluvia

Contingit etiam ut multæ partes inflammabiles [i]), necdum inflammatæ [k]), ele-

---

[a]) *tamen tam exacti.* — [b]) *longinquam.* — [c]) *nempe si.* — [d]) *ex* ajouté dans l'interligne. — [e]) *verisimile idio.* — [f]) d'abord *quia Solis*; puis *quia* corrigé en *ob.* — [g]) *spaerarum.* — [h]) *quam* ajouté dans l'interligne. — [i]) d'abord *inflammabiles eleventur*; puis *eleventur* barré. — [k]) d'abord *inflammatae*; *sic fumus ex candela*; puis *sic fumus ex candela* barré.

ventur; sic fumus candelæ ascendit quidem per calorem, at non est inflammatus: ignis enim in fumo delitescens, qui eum elevat, non sufficit fumo accendendo. Quo igni abeunte, fumus is est oleum, ita ut is fumus nihil aliud sit quàm oleum attenuatum; nec inflammatur nisi major vis ignis accedat, uti videre est cùm is fumus per flammam alterius candelæ accenditur.

etiam sunt fumus non inflammatus.

Cùm igitur hæc effluvia [a]) plus loci occupent quàm aer, perpetuòque nova ascendant, patet supra aerem magnam esse vim et congeriem illorum. Cùmque partes sint partim inflammatæ, partim necdum inflammatæ, eæ quæ jam ardent, sunt in parte superiore, ibique flammam tenuem et raram undique spargunt, superioribusque consumptis contigua proxima, jam ad inflammationem ob viciniam parata, accenduntur; ac propter inferiores continuò de novo ascendentes, urgentur in loca altiora, id est à centro Terræ, Lunæ, Solis et reliquorum corporum centris remotiora. Id verò quod jam comsumptum est, cadit versus [b]) partem inferiorem cumque ijs, quæ ibi antequam accenduntur, igni suo destituuntur; specie pluviarum usque ad superficiem veram corporis descendunt, Terram irrigant, quodque deperditum erat restituunt. At multum etiam cinerum eorum a flammæ hujus radijs discussum, alio quàm ad centra corporum discutitur [c]); idque per inane etiam absque igni tam diù pergit donec alteri corpori occurrit, a quo vel sistitur vel motu diminuitur. Neque tantummodo cineres ad hoc inane perveniunt, sed multi etiam fumi tenaciores humidioresque <sunt> [d]) quàm ut ab eâ quæ ibi est flamma, consumi possint, tantum tamen ignis habentes ut ad partes horum corpo | rum superiores perveniant; inque eodem motu permanentes, etiam supra flammam ascendunt [e]) quodque occurrit [f]) ad inane trahunt. Omnis etiam ferè flamma (eâ quæ ad centrum corporis tendit exceptâ), inane dictum spacium peragrat: nihil enim videtur esse quod fumos illos, imò aerem totum, circa corporis centrum contineat; quodque ab eo recesserit, repellat quia [g]) superficies hæc superior inflammata.

Fumi multi tenaces per inane volitant.

Talibus igitur corporibus, seu fumis seu prunis dixeris, totum hoc inane undique refertum est, unde ex levissimâ occasione <effluvium> [h]) ad hoc vel illud corpus pellatur vel trahatur vel alio quovis modo perveniat, unde corpus id nutritur. Transeuns enim superiores flammas, propter humiditatem etc. non accenditur [i]), et propter motum celeriorem aut corpoream magnitudinem [k]), per radios in superficie illâ existentes [l]), non prohibetur quominùs ad fumos inferiores, cumque ijs ad corporis superficiem, perveniat. Fieri tamen videtur ut quæ magna ex inani huc veniunt, per ignes hos transeuntes, comminuantur, et specie fumorum cum inferioribus misceantur. Cùm autem in inani tale corpus, ex tot effluvijs omnium corporum concretum, multis uno in loco ignis particulis constat, in ipso inani accenditur, atque a radijs corporis vicini vel Solis [m]), sicut Terra et planetæ etc. circumvolvi conspicitur; con-

[a]) d'abord *effluvia sint tenuiora* ;puis *sint tenuiora* barré. — [b]) *versum.* — [c]) *discutiuntur.* — [d]) *sunt* omis. — [e]) *ascendum.* — [f]) d'abord *occurrit secum*; puis *secum* barré. — [g]) le ms porte: *quam.* — [h]) *effluvium* manque. — [i]) d'abord *accenditur cumque inferioribus*; puis *cumque inferioribus* barré. — [k]) d'abord *magnitudinem non re per radiis iis non p*; puis *non re per radiis non p* barré. — [l]) *existentibus* (sic) *ab infimo aer*; puis *infimo aer* barré. — [m]) *vel solis* ajouté dans l'interligne.

spicitur inquam, quia antequam accenderentur, non minùs quàm nunc a radijs alienis movebantur. Ab his corporibus ex inani affluentibus, non minùs Sol quàm reliqua corpora nutriuntur: omnia enim sunt naturæ ejusdem, imò corpora in inani accensa, *cometæ* dicta; si paulò essent compactiora ut tantum accederet quàm efflueret, *stellæ* vocarentur.

Sol et fixæ etiam aptæ sunt creaturis nutriendis.

In [1]) superficie igitur Solis et stellarum fixarum non minùs commodè creaturæ habitare possent quàm in planetis [2]). Nam si Terra tam esset magna quàm Sol, ita ut tot effluvia circa se haberet, non minùs clarè quàm Sol lumen præberet. Non enim ex solâ superficie, verùm etiam ex totâ corporeitate effluvia excitantur, quæ omnia in superficiem convenientia, magnam necessariò congeriem flammularum efficiunt in parte superiore, in inferiore tantum fumorum et vaporum ut radij superiores, non magis quàm apud nos radij ignis elementaris super aerem existentis, illas creaturas afficere queant. Facile enim est supputare, cognitâ Solis magnitudine, quàm densi supra eum fumi, quàmque multi supra fumos igniculi volitent.

Respectum [a]) habito ad eos quos nostra Terra emittere creditur. Nec Luna nihil proprij luminis habere credendum est, quod ob corporis parvitatem nobis apparet in eclipsi [b]), perquàm exiguum. Stellæ etiam fixæ, etiamsi omnes simul sumptæ majores quàm Sol apparent, non tamen tantum lucis ad nos mittunt ob tot corpora interjecta; quantò enim longiùs à nobis absunt quàm Sol, tantò plus corporum et corpusculorum inter nos et ea intercedunt, ita ut mirum potiùs videri possit aliquos ab his radijs [c]) ad Terram pervenire.

Nota etiam hîc videri per tot occursûs omnia ad quietem pervenire [d]), verùm cùm toties res inflammentur, tàm invisibiliter quàm visibiliter, motum perpetuò reparari [3]).

Nota quoque ista intermedia corpora ferè aliquâ sui parte accensa esse invisibili nobis flammâ, per quam ad plagam adversam urgentur, eo modo quo pyroboli (trajectiones aereæ)[e]) feruntur. Facilè igitur flammas corporum fixorum perrumpunt (*fixa corpora* voco quæ jam undiquaque effluvium passa, similiter Terris, id est stellis (non cometis), nutriuntur) [e]) |

12° Aug. 1630.

Chorda duplò

Dordrechti [4]) cùm MARINUS MERSENNUS F. M. me inviseret [5]), mihi quæstio-

[a]) *respectu.* — [b]) *ecclipsi.* — [c]) *radios.* — [d]) *perventur.* — [e]) pas de parenthèses: les deux mots sont écrits dans l'interligne au dessus de *pyroboli.*

* * *

[1]) Cette phrase suit la précédente sans aucune interruption.

[2]) Pour les habitants des astres cf. ci-dessus pp. 98 et 114. NICOLAS DE CUSE, prédécesseur de COPERNIC, avait crû le Soleil habité aussi et de même fit BRUNO; on se rappelle la *Civitas Solis* de CAMPANELLE, ajoutée à sa *Realis philosophiae epilogisticæ partes quatuor* (*Francof., 1623*).

[3]) Cf. *t. I*, pp. 266–267 et ci-dessus pp. 128–129.

[4]) Nous nous sommes permis de mettre cette phrase à la ligne, puisque l'auteur avait mis un point après *1630*, mais pas après *Dordrechti*. La date indiquée peut donc être celle de la rédaction de la note sans qu'il soit nécessaire qu'elle coïncide avec celle de la visite mentionnée.

[5]) MERSENNE (cf. pour lui ci-dessus p. 98, n. 1) avait quitté Paris à la fin d'avril 1630; il passa en mai par

nem reliquit solvendam: *Cur chorda ejusdem generis, duplò longior, eodem pondere tensa, octavam inferiorem sonet* [1]). Ratio dubitandi erat, quia videbatur utraque chorda æqualiter tensa; quî enim aliàs dimidia ejus octavâ altior foret? Cùm igitur duplò ponatur major, *quomodo* (inquiebat) *duplum ab eo pondere æquè fortiter tendi potest?*

longior, eodem pondere tensa, cur octavam inferiorem sonet.

Respondeo [2]) id mihi mirum non videri, quia quò longior est chorda, eò plus pondus tendendo descendit, id est, si chorda est duplò longior, pondus duplò plus spatij descendendo, dum tenditur chorda, peragrat; id iterum est: si pondus ex minori chordâ pendens, uno digito deorsum movetur, id est uno digito longiorem chordam tendendo facit, idem pondus ex duplo longiore chordâ facit eam duobus digitis longiorem, id est per spatium duorum digitorum deorsum movetur.

Mechanica autem instrumenta ita se habent ut spatium ad virtutem sit reciprocum [3]), id est si vis quædam aliquid moverit per tale spatium, eadem vis duplum pondus movebit per dimidium spatium, et si unâ horâ moverit puer mille libras per spatium unius pedis, idem [a]) 500 libras [b]) unâ horâ per spatium duorum pedum [c]), vel semihorâ per idem spatium movere poterit.

Cùm igitur gravitas ponderis tendentis chordam, sit perpetua (id est tam secundo tendit momento quàm primo, nec magis primo momento ab igniculis superioribus pellitur, vel a vi magneticâ inferiore trahitur), non mirum est si secundo momento tantum præstet quantum primo momento præstiterat. Sic equi secundo passu tantum trahunt quàm primo, ac tertio tantum quantum traxerant secundo, etc. Si igitur chorda [d]) haberet longitudinem mille passuum, idem pondus ei appensum, eam æquè tenderet ac si unum [e]) tantùm passum longa [f]) esset, at millecuplò plus spatij in tendendo peragraret, eo modo quo equus, loco ponderis chordæ allegatus, millecuplo plus viæ in hac quàm in illâ tendendâ conficeret.

---

[a]) d'abord *idem quin*; puis *quin* barré. — [b]) d'abord *libras eadem ho*; puis *eadem ho* barré. — [c]) d'abord *pedum movebit*; puis *movebit* barré. — [d]) d'abord *chorda foret*; puis *foret* barré. — [e]) *unium* dont le *m* semble surchargé de *s*. — [f]) *longus*.

* * *

Calais et en juin 1630 par Bruxelles. Après avoir vu plusieurs savants dans les Pays-Bas espagnols, il laissa son froc et visita à la Haye l'ambassadeur DE BAUGY et à Leyde ses amis RIVET et DESCARTES (immatriculé à Leyde le 27 mai 1630) qui lui firent connaître dans cette ville GOLIUS, RENERI et HORTENSIUS. Ce fut après cela, semble-t-il, qu'il vit à Dordrecht son correspondant BEECKMAN. La visite de MERSENNE dura plusieurs jours, pendant lesquels le Minime prit largement connaissance des notes de son hôte. Non seulement il fut frappé par les critiques de BEECKMAN à son égard (cf. ci-dessus pp. 107–108 et 125), mais il copia même un certain nombre de notes, comme probablement la démonstration que le nombre des vibrations d'une corde est en raison inverse de sa longueur (*t. I*, pp. 54–55) et celle de la résonnance (*t. I*, pp. 165–166), comme il le fit sans doute d'une autre sur ce sujet (*t. I*, pp. 247–249). Après sa visite il gagna probablement Anvers, pour se rendre ensuite à Liège et aux eaux de Spa (cf. ci-dessous p. 176, n. 2). L'activité qu'avait déployée le Minime chez son hôte donna bientôt lieu à une intervention mal fondée de la part des DESCARTES.

[1]) Il y avait déjà longtemps (cf. *t. I*, pp. 54–55) que BEECKMAN avait demontré mathématiquement que la longueur des cordes tremblantes est en raison inverse du nombre des vibrations et MERSENNE avait déjà énoncé cette loi dans ses *Quaest. in Genesim* (*Paris, 1623*), col. 1559–1560. Mais il s'agit ici de donner la raison du phénomène, de même que DESCARTES avait donné la sienne pour une autre combinaison (ci-dessus p. 98). Pour une autre difficulté que MERSENNE éprouva, cf. au *t. IV* une lettre de DESCARTES datée du 20 septembre 1630 environ.

[2]) Le manuscrit porte simplement: *Resp.* Il ne semble pas probable qu'il faille suppléer *Respondi*.

[3]) Pour ce théorème, cf. ci-dessus pp. 16 et 92.

Arcûs mille ab uno, repetitis viribus, tendi possunt.

Sic [1]) mille arcûs [a]) uno pondere quo unus tantùm tendi poterat, simul juncti tendi possunt, nempe si laminæ inferioris medietas chordæ superioris arcûs medietati transversim adhæreat [b]), id est si arcûs inferiores ex superioribus pendeant, vel etiam horisontaliter (ne eorum gravitas hoc causari existimetur) invicem ita coaptentur ut laminæ inferioris arcûs medium chordæ superioris arcûs medio alligetur.

Dices: Num igitur unus homo mille arcûs explodet ac mille sagittas eâdem vi eijiciet?

Dico [c]) id fore si arcûs [d]) attrahendi nullâ vi [e]) indigerent, quâ per aerem attraherentur. Nunc oportet chordam primi arcûs eo momento quo suam sagittam eijcit, omnes arcûs sequentes ad se trahere: dum enim primi arcûs chorda remittitur et sagitta eijcitur, arcus | proximus, per laminam chordæ huic alligatus, attrahitur simulque chordâ arcûs secundi remissâ, ejus sagitta eijcitur et arcus tertius trahitur, et sic deinceps. Mille igitur sagittæ uno momento eijcerentur [f]) idque etiam majore vi quàm unus solus arcus suam sagittam eijceret. Nam sagitta secundi arcûs duplicem habet motum: unum cum arcu attracto, alterum in arcu per chordam redeuntem; duplò igitur celeriùs movetur sagitta ex arcu secundo quàm ex primo emissa. Sagitta verò arcûs tertij triplò celeriùs movetur: trahitur enim eodem momento a primo arcu, tantumque spacium conficit quàm secundus, etiamsi non remitteretur chorda arcûs secundi; tantundem ergo etiam movetur a chordâ arcûs secundi, ac tertiò tantundem a chordâ arcûs sui tertij. Sic quarti arcûs sagitta quadruplò, quinti quintuplò [g]) etc. celeriùs movetur, positâ, inquam, in arcubus attrahendis nullâ resistentiâ. Ac nunc tanta fit motûs in ultimis celeritas, ut aer tam citò cedere nequeat, idemque [h]) hîc fit quod in ponderibus cadentibus de puncto æqualitatis alubi multis explicui [2]).

Quomodo verò hæc fierent in vacuo, ubi quoad circumjacentia nullum est impedimentum, aliàs fortassè dabitur commentandi locus.

Nunc autem sufficiat scire mirum non esse quod hîc dicitur. Mille enim arcûs per mille spacia, mille temporibus a millies repetitis viribus tenduntur. Experimentum

---

[a]) après ce mot d'abord entre parenthèses: *uti Blanchanum Jesuitam* (cf. la *Sphaera mundi seu Cosmographia demonstrativa, Bononiæ, 1620* de GIUSEPPE BIANCANI) *dicere Mersennus dixit*; puis ces mots barrés. — [b]) d'abord *adhaereat et ex ea*; puis *et ex ea* barré. — [c]) après *eijciet*, l'auteur avait continué d'abord ainsi: *Nego, nam dum exterior chorda remittitur, secum trahit laminam arcûs proximi tam celeriter quàm ipsa revertitur, cùmque chorda illius arcûs non celeriùs feratur quàm chorda arcûs primi, certum est sagittam in arcu secundo non moveri per remissionem sui arcûs eo momento quo movetur arcûs primi sagitta. Prima igitur chorda omnes arcûs trahet primo momento, secunda omnes sequentes secundo tempore, et sic deinceps. Quis ergo non videt omnium vires eousque perire ut omnes simul junctæ non plus possint quàm unus solus? Et si in aliquâ re omnes simul faciant quod unus non potest, certè in aliâ re unus faciet quod omnes juncti facere non possunt. — 12° Aug. te Dort*; puis tout ceci fut barré (au lendemain?) et l'auteur continua par le texte reproduit ci-dessus. — [d]) d'abord *arcûs attracti nullius essent*; puis *attracti nullius essent* barré. — [e]) d'abord *vi in ipsi*; puis *in ipsi* barré. — [f]) *eijcentur.* — [g]) le ms porte: *sic quarti arcus sagitta triplo, quarti quadruloplo.* — [h]) d'abord *idemque id fit*; puis *id fit* barré.

* * *

[1]) La texte suivant est continué à la ligne qui termine la phrase précédente, sans aucune interruption.
[2]) Cf. ci-avant p. 123, n. 8.

sumes horum omnium si duos duntaxat arcûs conjunxeris, in quorum secundo sagitta vulgari modo disponatur; videbis procul dubio (ratio enim cogit me, non expertum, confidenter loqui), tantò fortiùs eam ferire quantò plus [a]) viæ eodem tempore adhuc in arcu existens, conficit, quàm ex arcu simplici ejecta. Non autem dico duplò fortiùs ferire: tantum enim à motûs celeritate auferendum est quantum ea [b]), quæ per tractionem arcûs secundi causatur, ab [c]) aere impedimentum accipiet, eâ celeritate, quæ est sagittae in suo arcu, non mutatâ. Motus igitur unus integer sagittæ cum magnâ parte motûs (qui deberet esse æqualis, remotis impedimentis) arcûs combinatur. Sic [d]) qui prælo mille pannos premunt, eâdem vi omnes tam fortiter comprimunt quàm si unus duntaxat in prælo esset; sæpiùs verò ibi quàm hîc, rotula [e]) movenda est ictusque repetendus.

Cùm [f]) autem hæc suum fundamentum habent in tempore, quod majus aut minus est pro longitudine aut multitudine rerum tendendarum aut comprimendarum, nullum hîc locum habent quæ cadendo aliquid efficiunt. Si enim mille ova in fistulâ angustâ invicem essent superimposita, pondus quod modestè impositum, ova non franget [g]), ex altiore loco cadens superiora [h]) quidem ova conteret, in quibus, frangendi vi ponderis, quam per casum acquisiverat, consumptâ, inferiora non aliter id sustinebunt quàm si molliter ipsi fuisset [i]) impositum. Primum enim ovum occurrens, aliquod affert impedimentum ne impetu tam celeri pergat, verùm gravitatem insitam nunquam amittit; secundum ovum hunc acquisitum impetum adhuc minorem reddit. Insita [k]) verò gravitas perpetuis ictibus trahentis Terræ, vel ignis pellentis, semper redintegratur.

13 Aug. 1630 [1]). |

Cometæ nihil aliud esse videntur quàm cùm talium corporum aliquid (de quibus paulò antè [2]) dixi inter sidera vagari) undiquaque, sed inæqualiter, accensum est, id est in unâ parte plus quàm in aliâ; unde fit ut tandem per illam partem planè consumatur tota materia per caudam dissipata. Sed etiam talis hujus corporis requiritur magnitudo tantaque inflammatio ut a nobis possit conspici. Fieri enim potest ut parvum corpus, ibi totum inflammatum, propter exilitatem a nobis videri nequeat, non satis multis particulis effluentibus ut visus nostra [l]) possit moveri. Et fieri etiam potest ut corpus satis magnum tam tenax et humidum sit, ut tantum in eo [m]) materiæ non possit simul accendi ad visum nostrum movendum. Cometæ quomodo arcentur.

Novæ verò stellæ aut Terræ (quod idem est) creantur, cùm fortè fortunâ materia Novæ stellæ

a) *plus* deux fois. — b) d'abord *ea in trahen*; puis *in trahen* barré. — c) *a*. — d) devant ce mot un petit intervalle en blanc. — e) le texte porta *coclea*; au dessous de ce mot est écrit *rotula*. — f) non à la ligne, mais petit intervalle en blanc. — g) *frangunt* — h) *superiore*. — i) *fuiesset*. — k) *insitus*. — l) *noste*, mais la fin corrigée jusqu'à deux fois. — m) *in ea*.

* * *

1) Pour la solution de MERSENNE, cf. son *Harmonie universelle, t. I (1636), Livre III des Mouvemens et du son des chordes*, Prop. 14 (p. 191, l. 10–22).

2) Cf. ci-dessus pp. 100–101 et 160.

quomodo creentur.

omnis, undique æqualis est collecta (quod raro fit: omnia enim ordinatiora sunt rariora), circumcirca accenditur, quæ flamma etiam aerem elicit; isque manet loco inferiore quia ob tenuitatem vel [a]) figuram minimarum ejus particularum ignis adhærens citiùs quàm ab aquâ separatur, cum quâ ignis supra aerem movetur ibique ardens, aerem et reliqua gravia ad centrum corporis cogit. Inferior verò vaporum pars, ab igni destituta, flammis igniculorum extimæ superficiei deprimitur fitque pluvia, quæ sæpè recurrens, ad loca declivia confluens, ibidemque collecta, maria constituit.

Intermedia [b]) autem corpora creantur cùm duo fumi, vapores etc., sibi invicem occurrentes, aut propter utriusque quietem aut adhæsionem, cohærent, quibus tertium, quartum etc. aliunde accedit (quæcumque [c]) autem invicem tangunt, ferè invicem conjuncta manent, quia corpora ex multis constantia, ferè aspera sunt multaque continent impedimenta). Multis igitur combinatis per radios aliorum corporum, superficies siccata in flammulas convertitur, ita ut per occursûs omnis quies, per ignes verò omnes motûs causantur.

Quarta cur in contrapuncto sit deterior tertiâ.

Scripsi ad MERSENNUM, rogatu ejus, rationem unam quæ tum mihi occurrehat *cur quarta in contrapuncto deterior esset quàm tertiæ aut sextæ*; quam, cùm ex litteris meis non intelligeret, iterumque me rogaret ut eam explicarem, ea mihi exciderat [1]).

At cùm hîc esset apud me [2]), rursus in mentem venit [3]).

Dixi igitur antè sæpiùs atque etiam in ijs litteris probavi [4]), cùm duæ voces simul audiuntur, earum etiam octavas menti repræsentari, in quibusdam magis, in alijs minùs. Dicebam igitur minùs bonum positum juxta majus bonum, quod repræsentatur duntaxat et abest [5]), illud minùs bonum malum videri. Id autem in quartâ consonantiâ dictâ semper contingit magis quàm in tertijs aut sextis. Major enim est differentia bonitatis inter quartam et quintam (quæ audita quarta per octavam repræsentatur) quàm inter sextam minorem et tertiam majorem. Nam 12° ictu quinta quater, quarta ter unitur, at 40° ictu tertia major octies unitur, sexta verò quinquies; ergo quinta superat quartam ictu 36° tribus gradibus bonitatis [d]), cùm tertia major sextam suam 40° ictu tribus gradibus

[a]) d'abord *vel aliam form*; puis *aliam form* barré. — [b]) non à la ligne, mais le mot est précédé d'un petit intervalle en blanc. — [c]) d'abord *quæcumque vero*; puis *vero* barré. — [d]) d'abord *bonitatis quod qu tertia*; puis *quod qu tertia* barré.

* * *

[1]) Selon la théorie de BEECKMAN sur la douceur des consonances, la quarte serait meilleure que les tierces et les sextes (cf. *t. I*, p. 54), ce que contredit cependant la pratique. Déjà en 1618 et 1619 il avait tâché d'expliquer cette anomalie (cf. *t. I*, pp. 191, 250–251 et 323–324). MERSENNE qui jugea cette question une des plus difficiles, l'avait posée à BEECKMAN, comme il résulte de la réponse de ce dernier, datée de juin 1629. C'était le 1er octobre 1629 que BEECKMAN avait donné une explication à MERSENNE, mais dans sa lettre du 30 avril 1630, il avait dû avouer n'en pas avoir un souvenir suffisant.

[2]) Cf. ci-dessus pp. 160–161.

[3]) La présente explication est plus élaborée que celle de la lettre du 1er octobre 1629.

[4]) Cf. les passages du *Journal* cités dans la note 1 ci-dessus et la lettre citée dans la note 3.

[5]) Les mots „*repræsentatur*" et „*abest*" sont écrits respectivement au dessus des mots „*videtur*" et „*negatur*" que le texte porta, mais qui ne furent pas barrés.

tantùm superet [a]). Quantò igitur proportio inter 4 ad 3 est major quàm inter 8 ad 5, tanta est magis bonitas quintæ <et plus> [b]) superat bonitatem quartæ quàm bonitas tertiæ majoris bonitatem sextæ minoris. Sextæ majoris chordæ 30° ictu [c]) sexies uniuntur, tertiæ | verò minoris 30° ictu quinquies; multò igitur adhuc minor est bonitatis differentia. Tertia enim minor 30° ictu à sextâ majore uno duntaxat gradu differt.

Maculæ Solis et rationes KEPLERI [1]) videntur satis manifestè ostendere Solem super centro et axe suo circulariter moveri. Nec absurdè antehac [2]) scripsi Deum illum [d]) primò circulariter movisse, illum verò semel motum, in vacuo semper eodem modo moveri. Verùm, cùm sit philosophi tam diù primam omnium rerum causam non nisi summâ necessitate coacti, adhibere, dici posset globos omnes ferè ex particulis suis ita constare ut pori non rectâ ad globorum centra spectent; mirum enim foret in hoc corpusculorum fortuito concursu omnia in globis relicta foramina et cavitates in centra dirigi. Quorum igitur globorum foramina, ex quibus perpetuò ignes erumpunt, non sunt ad superficiem circulariter consideratam, perpendicularia, ijs idem contingit quod circulis per pulverem pyrium circa funem circulariter motis. Vide quo pacto per rochetas rotulam suam ADRIANUS ROMANUS in *Pyrotechniâ* [3]) moveat, et quî idem alio modo fieri possit. Luna hîc excipitur.

Sol cur super centro suo moveatur.

Cur autem hanc [e]) et non aliam ab invicem distantiam globi servent antehac [4]) per vim magneticam exposui. At cùm vis illa in vacuo, ubi nullum adest corpus liquidum corporibus incumbens, <deficit>[f]), aliâ viâ idem demonstrare aggredior.

Globi coelestes cur hanc à se invicem distantiam habeant absque vi magneticâ.

Moveatur igitur Sol ab Occidente in Orientem, id est eo modo quo reliqui globi moventur super axe suo in partibus superioribus; sequetur infimas globorum partes motu suo radijs Solis occurrere. Qui si baculi forent, patet globos illos, infimâ sui parte allisos, ob asperitates utriusque necessariò volvi debere usque ad Solem, non aliter quàm pila aut rota ad planum quodlibet circulariter duntaxat mota, eo ipso in illo plano promovetur versus eam partem quo rotulæ semicirculus superior tendit. Jam verò, etiamsi radij, a Sole emissi, non sunt corpora solida, non tamen negari potest ab illis qui eos *corpuscula* nominant, aliquid eos ad modum solidorum efficere posse; tangunt enim globos et, ab eorum parte inferiore tacti, disijciuntur, quod nequit nisi cum aliquâ globorum ipsorum ad contrariam

a) d'abord *superet, igitur se habet 4 ad 3*; puis *igitur se habet 4 ad 3* barré. — b) *et plus* omis. — c) d'abord *ictu quinquies*; puis *quinquies* barré. — d) d'abord *illum motum primum* dont la fin *um* de *primum* surchargé d'un *o*, mais enfin *motum primum* barré. — e) *hinc*. — f) *deficit* omis.

* * *

1) Cf. pp. 513–530 du *Lib. IV*, *pars sec.*, de *l'Epitomes astronomiæ* (*1620*), citée ci-dessus p. 115, n. 1.

2) Cf. ci-dessus pp. 103–104.

3) *Pyrotechnia, hoc est de ignibus festivis, jocosis, artificialibus et seriis variisque eorum structuris libri duo. Ex scriptoribus latinis, italis et germanis collecti et in methodum succinctam redacti. In gratiam eorum qui hisce artibus, jucundi spectaculi caussa, delectantur. Auctore* ADRIANO ROMANO *Mathematico ac Professore Herbipolensi. M.DC.XI. Prostat in officina Paltheniana.* — in-4°; 71 pp.

4) Cf. ci-dessus pp. 100–101, 101 et 101–102.

partem progressione, uti in navibus, per remos in aquâ promotis, omninò similiter videre est. At non perveniunt globi usque ad Solem, quia vis Solis repellens propinquitate plus augetur quàm vis ea, quæ radios discutiens, proprium subjectum movet, sive id fiat quòd vis repellens toti corporeitati, vis verò altera superficiei duntaxat applicatur, sive aliam ob causam excogitandam. Nam sicut vis repellens duplò propinquior, duplò plures contactûs intra corpus causatur, ita etiam duplò plures radij superficiem, per quam discussio fit, contingunt. |

Metallorum gravitatem in aquâ per bilancem explorare.

Ick hebbe over eenighe jaren gepractiseert hoe dat men een valsch stuck goudt soude konnen onderkennen tusschen een, dat oprecht is, hoe dick het valsche oock vergult mochte syn. Doch een weynich daerna docht my, dat ick daer wat swaricheyts in sach, ende hebbe doen tertyt dit beyde hiervooren erghens [1]) geschreven.

De swaricheyt was, dat ick meynde dat een stuck goudt of ancker etc., hoe dieper dat het int water hinck, hoe lichter dat het was [a]), bedroghen synde door een geometrische [b]) proportie, die ick metter haest opnam, daer nochtans de arithmetische [c]) hierin moet geobserveert worden.

Want als een stuck goudts, één voet int vierkant ende één voet dick, 10 voeten onder water is, so druckter een columne waters van onder teghen het onderste vlack des gouts van 10 voet hoogh ende een voet dick, maer van boven druckter teghen hetselfde vlack een columne waters van 9 voet ende het stuck goudt. Indien nu het stuck goudts 16 mael swaerder is dan sulcken grootte waters, so druckter op de voorsz. superficie van boven een swaerte gelyck synde een columne water van 25 voet hooge ende een voet dick; ergo een gewichte van 15 ℔ sal het stuck goudts int water in balanse houden.

Neempt nu dat dit stuck goudts maer 3 voet diep int water en hanckt, so druckter op syn onderste superficie, van onder een columne waters van 3 voet ende van boven op deselfde onderste superficie, een columne water van 2 voet ende het stuck goudts, synde 16 mael swaerder als water, dats tsamen 18 voet; ergo een gewichte van 15 ℔ buyten in de locht in een schale geleyt, sal het stuck gout int water in balanse houden sowel hier boven als so diep onder. Waeruyt volcht dat men niet en moet sien op de proportie onder van 25 tot 10 ende [d]) boven van 18 tot 3.

Op dese maniere kan men gemackelick vinden de proportie tusschen alle metalen want men en hoeft se maer int water te hanghen, sodat se in het water in balanse hanghen met een gewichte buyten het water; dat is: de swaerte des metaels teghen de swaerte des waters gelyck het metael weecht in de lucht tot de differentie dat het int water min weecht. Als, by exempel, een stuck gout in de locht wegende 16 ℔ ende int water maer 15 ℔, so treckt 15 van 16, rest 1; ergo <is> [e]) het gout 15 mael

[a]) *hoe dat het lichter was.* — [b]) *geometrichse.* — [c]) *aridmetissche.* — [d]) *et.* — [e]) *is* manque.

* * *

[1]) Cf. *t. II*, pp. 330–331 et 331. Sur la méthode d'ARCHIMIDES cf. *t. II*, p. 3.

swaerder, te weten gelyck 15 tot 1. Indien het metael weeght buyten het water 20 ℔ ende int water 6 ℔, so is de proportie vant metael teghen het water gelyck 14 tot 6.

Maer men moet toesien [a]) dat de touwe, daert metael aen hanck, niet te dick en sy, want dan weecht de touwe diep onder het water min als niet diep, dewyle dat se mede van het water gelicht wort; ende hoogher heffende, blyft se nat ende weecht oock van selfs so veel meer alser meer uyt het water is dan te vooren volgens de voorsz. rekeninghe int goudt gedaen, daer ick doen niet op en lette ende meynde datter boven meer woech [b]) dan onder. Doch om dit te voorkommen kan men het stuck metaels altyt even diep onder het water laten hanghen. |

Quartæ et quintæ bonitas examinata.

Quando bonitatis differentia inquiritur inter quartam et quintam, oportet etiam notare quænam harmonia ex repræsentatis vocibus emergat, ac putare eas consonantias esse deteriores ex quarum [c]) ictibus [d]) multiplicatis vel combinatis, harmoniæ meliores repıæsentantur.

Exempli gratiâ: Ex 3. 4 fit 2.3.4, quia faciliùs in 4 duo ictûs [e]) coalescunt in unum [f]) quàm in 3; unaquæque ‹vox› [g]) dividitur, ubi repræsentatur harmonia perfectissima. Ex 2.3 vel 4.6 (quod idem est quia utraque nota constat ex pluribus ictibus), fit 3.4.6 vel 2.4.6, vel etiam 2.3.4.6, ubi 3.4.6 est arithmetica [h]) tantùm harmonia; et si utramque notam combinari vis, ex quartâ fit 1.2.3.4, quâ nulla in quatuor vocibus potest fieri melior. Ut verò hæc consonantia ex quartâ repræsentatur, tres ictûs pro uno haberi debent.

Quod omnium combinationum videtur facillimum; nihil enim est aliud quàm pausis aboletis repræsentari vocem continuam.

Syllogismi [i]) hypothetici et disjunctivi cum categoricis collati.

Syllogismi hypothetici et disjunctivi natura et reductio accuratè perspicitur si ex omnibus trium figurarum modis hypothetici et disjunctivi fiant syllogismi, retentâ conclusione, hoc modo:

In *Barbara* [1]):

Si omnis homo est animal, omnis homo sentit; at omnis homo est animal; ergo omnis homo sentit.

Jam per majorem:

Si omnis animal sentit, omnis homo sentit; at omne animal sentit; ergo omnis homo sentit.

Per secundum modum:

Si quidam homo non sentit, quidam homo non est animal; at omnis homo est animal; ergo omnis homo sentit.

---

[a]) *toesten.* — [b]) *woch.* — [c]) d'abord *ex quarum notis*; puis *notis* barré. — [d]) d'abord *ictibus divisis*; puis *divisis* barrê. — [e]) le texte porte: *duæ notæ coalescunt*; *ictus* est écrit au dessus de *notæ*, mais *duæ* n'est pas corrigé. — [f]) *unam.* — [g]) *vox* manque. — [h]) *aridmetica.* — [i]) *Syl.*

* * *

[1]) Pour cette figure logique, cf. *t. II*, pp. 29, n. 3; 63, n. 2 et 313.

Per majorem:

Si quidam homo non sentit, quoddam animal non sentit; at omne animal sentit; ergo omnis homo sentit.

Nunc in *Festino*:

Si quoddam vivens est planta, quoddam vivens non est animal; at verum prius, ergo et posterius.

Jam per majorem:

Si nullum animal est planta, quoddam vivens non est animal; at verum prius; ergo et posterius.

Per secundum modum:

Si omne vivens est animal, nullum vivens est planta; at aliquod vivens est planta; ergo quoddam vivens non est animal.

Si omne vivens est animal, aliquod animal est planta; at falsum posterius; ergo et prius.

Et ita in cæteris modis.

Hinc patet in reductione nihil esse addendum quàm propositionem omissam, quod jam cum certâ fiduciâ fiet cùm videant omnes hosce syllogismos nihil aliud esse quàm crypses categoricorum, uti etiam de enthymemate per omnes modos ducendo, diximus vel dici potest.

Idem tentandum in syllogismis disjunctivis hoc modo:

In *Barbara*:

Aut quoddam animal non sentit, aut omnis homo sentit; at omne animal sentit; ergo omnis homo sentit.

Per minorem:

Aut quidam homo non est animal aut omnis homo sentit; at omnis homo est animal; ergo omnis homo sentit.

A remotione consequentis:

Aut omnis homo sentit, aut quoddam animal non sentit; at falsum posterius, ergo verum prius.

Per minorem:

Aut omnis homo sentit aut aliquod animal non sentit; at falsum posterius; ergo verum prius.

A positione antecedentis:

Aut omne animal sentit aut quidam homo sentit fortasse; at omne animal sentit; ergo omnis homo sentit.

Per minorem:

Aut omnis homo est animal aut quidam homo non sentit; at verum prius, ergo falsum posterius.

Et sic a positione consequentis etc. |

Den 16^en November 1630 quam D. COLVIUS [1]) by my met eenen CAJONCKEL [2]), dewelcke besich was met een groot instrument te maken hier te Dort, waermede hy door behulp des waters 3 meulens meende te doen, also dat hy met één peert so veel soude te weghe brenghen als voor desen met [a]) dry peerden gedaen konde worden [3]).

Meulewerck van Cajonckel hier te Dort van my afgekeurt.

Sanderdaeghs ginck ick op syn versoeck het werck besien, ende bevondt datter alreede een geweldich groot radt gemaeckt was van (*sic*) voeten den diameter, op de manniere gelyck men de kranen maeckt, in dewelcke menschen of beesten gaende, het radt door haer swaerte doen drayen. Maer dit radt hadde hy bereydt om de peerden daer boven op te doen gaen; niet heel boven op, maer so verde van het opperste als de peerden bequamentlick souden konnen gaende blyven.

Hierin bestondt het principaelste van het werck, dat hy dachte dat de peerden beter boven op souden konnen gaen dan omleeghe binnen in, omdat se, omleeghe gaende, niet hooge genoch (na syn segghen) en begeeren te klimmen, soeckende de minste moyte. Ick seyde, datse bovenop al te hooghe souden soecken te syn alwaer sy oock minste moede souden werden. Hy antwoorde, dat hy dat klimmen beletten soude door staken, die hy dweers voor haere borsten soude doen strecken, twelck hy meynde dat omleeghe niet te doen en was, omdat de balcken, daer de raden mede gemaeckt syn, daerin kommen ende mede omdrayen, niet siende dat men die juyst in de midden soude konnen maken alst daermede te doen was. Bovendien wilde hy eenich gewichte met een touwe aen het peert vast maken op de manniere gelyck de peerden een slede trecken, meynende, dat sy, so gaende, niet werckx genoech hebben en souden, maer noch wel eenighe honderden gewichts na haer souden konnen sleepen (want al en gaet het gewichte, op een catrolle hanghende, in dese gelegentheyt niet voort, noch het peert oock niet, so ist evenvele alsoft voortginck als het radt in stede van de vloer voortgaet, ende also wort het trecken ende kracht van drayen te grooter).

Maer ick hebbe hem bewesen, dat dit al maer ydele speculatien syn ende verloren kost, ende voorseydt, dat hy 't soude moeten tot groot verlies wederom afbreken

a) d'abord *met een*; puis *een* barré.

* * *

1) ANDREAS COLVIUS; cf. ci-dessus pp. 17, 39 et 136.

2) JACQUES CANIONCLE, marchand à Dordrecht qui avait déjà obtenu, le 10 mars 1618, un octroi des Etats-Généraux pour une invention touchant le mode de préparer du salpêtre. Il demeurait en 1626 dans le „*Grootekerksbuurt*" et était grand ami de LOUIS SAULMON, peut-être marchand de drap et mentionné ci-dessous p. 271 avec qui il acheta, le 29 mai 1629, un jardin dans la „*Heer Matthys-*" ou „*Kolfstraet*". CANIONCLE ne figure plus dans le registre des impôts sur les biens-fonds de 1633.

Cùm igitur eadem diei hora, vel eadem Solis altitudo, vel potiùs eadem aeris constitutio, apud illam partem jam debito tempore [e]) suum humorem exercentem et coquentem, <accedit> [f]), incipit ea pars, a similitudine constitutionis pristinæ admonita, illum humorem excutere et commovere, homo verò vicissim partem illam vellicare; atque ita medium ferè paroxysmi et principium sequentis paroxysmi. Hinc criticus dies non est 13us, sed 14us. In febribus verò intermittentibus concussio tanta est in principio ut ejus magis quàm alterius in paroxysmo partis hominis natura meminerit, ideòque tàm 7us quàm 13us,

[a]) la note commença d'abord en flamand par *hier*; puis *hier* barré. — [b]) *Februarij* manque. — [c]) les petits caractères en haut manquent ici aussi. — [d]) *viz.* — [e]) d'abord *tempore a suo humore*; puis *a suo humore* barré. — [f]) *accedit* omis.

* * *

[1]) Cf. ci-dessus pp. 194–196.

[2]) Cette phrase et la précédente sont écrites d'un bout à l'autre.

19us etc. sunt dies critici, aut potiùs dies paroxysmorum. Idque FRACASTORUM fortassis decepit, volentem intermittentium conditionem ad alios etiam criticos dies transferre [1]).

Sic mirum non esset in hominibus esse humores qui secundùm lunationes moverentur, imò secundùm annos. Videmus enim quasdam arbores nonnisi alternis annis fructûs ferre, quasdam etiam ferre quidem fructûs singulis annis, at alternis annis multò copiosiùs; quædam quoque sunt quæ tertio et fortassis etiam quarto etc. duntaxat annis fructûs copiosiùs ferunt. Ita dies, Luna et et anni habebunt suas crises et crisium [a]) con | cursûs, ita tamen ut interdum principium paroxysmi sequentis incidat in idem tempus quo incipit præcedens exacerbatio, interdum verò ut principium sequentis conveniat cum medio præcedentis. Natura enim levia non sentit; et non sentiens, non recipit diei, mensis aut anni constitutionem. Critici menses et anni.

Anticipatio et postpositio in febribus intermittentibus fit ob debilitatem aut fortitudinem membri in quo humor putrescit, nam horâ aliquâ non multum differt à præcedente aut sequenti. Imbecillis igitur pars sentit constitutionem antequam omninò similis est, sed tum [c]) incipit in quibusdam assimilari horæ, quâ ægrotabat, quo fit unâ aut alterâ, aut pluribus, ante horam ipsam. Nihil enim repentè alteri simile fit, sed quò propinquiùs, eò similiùs, non aliter quàm id quod coquitur, quò propinquiùs est perfectæ concoctioni, eò plura habet concocta [d]). Fit igitur interdum ut humor qui post horas 24 aut 48 aut 72 omninò per putrefactionem paratus fuisset ad expulsionem, ante plenariam concoctionem expellatur, vel etiam in membro quietus hæreat per aliquot horas, benè concoctus, donec membro a similitudine temporis irritatur. Quamquam enim humor ipse membrum irritare potest, id tamen foret longè fortassè post, nisi temporis constitutio accederet; nam putare humores parari exactè 24 horis, aut 48, aut 72, per se absque temporis consideratione [e]) absurdum videtur, quia omnes horæ æquales forent ad absolvendas concoctiones, ita ut non necessè fuisset dies naturales medio eorum motu absolvi, non magis quàm in rebus fortuitis, ut aleæ simplici [f]) necessè est 6, 5, 4, 3, 2, 1 superiorem locum occupare, sed omnes hi indifferenter sese habent.

Febrium intermittentium anticipatio et postpositio [b]) unde.

Temporis similis constitutio irritat membrum ad expulsionem.

Anticipatio tamen, et postpositio etiam, humorum naturæ adscribenda est, nam natura pituitæ facit cur potiùs uno die parata sit quàm duobus aut tribus, ita tamen ut quod primo die non est paratum ob temporis contrariam dispositionem, non perficiatur nisi die sequenti circa horam ejusdem constitutionis; ita tamen ut bilis, pituita etc. facilioris naturæ, ante ipsam horam difficilioris, post ipsam concoctionis perfectionem adipiscatur. Febrium anticipatio et postpositio [b]) unde.

---

a) *cryses et crysius* (sic). — b) *postposito*. — c) le ms porte: *cum* — d) d'abord *concocta tum etiam anticipatio*; puis *tum etiam anticipatio* barré. — e) *consideratio*. — f) après ce mot de nouveau: *non magis*.

* * *

1) Cf. cap. 21, 22 et 23 du *de Causis criticorum dierum* de FRACASTORO (fol. 73*recto*–75*recto* de l'édition des *Opera omnia* (*1555*), citée ci-dessus p. 195, n. 1.

Medius paroxysmi præcedentis distat 24 horis à principio sequentis.

Ergo ex membri fortitudine et humoris facilitate anticipatio et postpositio fiunt. Fortitudo postpositionem, facilitas anticipationem causatur. Notandum verò, uti dixi, præ omnibus, medium paroxysmi præcedentis distare medio motu 24, 48, 72 horis à principio paroxysmi sequentis, ubi principium non efficax. |

Capitis mei affecti historiæ reliquum.

De daghen die te noteren staen sins dien val op myn hooft, syn [a]) in Feb. 1631: 14, 17, 18, 20, <voorts> [b]) 5, 7, 9 Martij, want den 5^{en} Meerte en konde ick, gelyck geseydt is, snachts daeraen niet slapen, sodat ick achte dat doen het humeur, dat door den slach los geschud was (want het gaet daermede gelyck met de lavuerwassers, die doort schudden de metallen van gelycke nature byeen kryghen, gelyck dickwils vooren [1]) geseydt is, ende int bloet syn verscheyden substantien van ongelycke swaerte, als melancholia is dichter ende swaerder dan bilis etc.) dat humeur los, of ten naestenby los synde, waer het oock int lichaem soude moghen syn (maer apparentelick in de aderen des hoofts, dat is van de nature) [c]) op den vyfden voorseyt, synde secundùm HIPPOCRATEN criticus, gemoveert <was> [d]) om ergens uyt te stooten. Doch door den ordinaren wech [e]) (in dese sieckte synde, na na myn gevoelen, de blase, welcken wech ontrent de nieren of in de dickte des bloets etc. ofte eenich ander inconvenient, niet open genoech en was) niet uytgejoghen synde, so isse [f]) geexpelleert daer se een tertiane intermittens maecken moeste. Waer dat sy, is my noch onbekent.

Den 7^{en} was myn urina wat vóór ende in de koortse heel klaer, ende hoe langhe ick het liet staen, ten [g]) wert niet dick. Maer dat ick [h]) den 8^{en} Meerte maecte, was so dick dat een doeckxken, daerin gedoopt synde, heel roodt wert, voornementlick droogh geworden synde. So wast oock nadat ick den 9^{en} Meerte de coortse gehadt hadde; op den 10^{en}, ende volgens dien, vóór desen, oock, daer de wateren gelyck waren.

Den 10^{en} Meerte purgeerde ick wederom met het voorseyde van *diacarth.* et *crem. tart.* Den 11^{en} creegh ick de coortse een weynich voor den middach, doch dese soseer niet als te vooren, al hoewel dat te vooren de coortse oock maer redelicken was. Myn pols sloegh in de coortse ontrent 65 [i]) of 66 mael in 36 secunden van een uere, ende in de tusschendaghen, als ick de koortse niet en hadde, sloegh myn pols ontrent 55 of 56 mael in de 36 secunden.

Martij den 14^{en}, smorgens tusschen 7 ende 8 uere, bloedet uyt myn slyncker neusgadt met wel een once, by gissinghe [2]).

---

[a]) d'abord *syn op den*; puis *op den* barré. — [b]) *voorts* omis. — [c]) pas de parenthèses. — [d]) *was* manque. — [e]) cette parenthèse ne se trouve pas ici, mais avant le mot *welcken* qui suit. — [f]) *is*. — [g]) *en*. — [h]) *is*. — [i]) seulement *vyf*.

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 35 et 283.

[2]) Sur ces saignements, cf. ci-dessus pp. 195, 196 et 198. — Après cette note le bas de la page est occupé par neuf lignes de texte et deux lignes droites, qui expliquent et désignent, comme porte la note marginale, *Corporis mei longitudo et latitudo exacte.* Nous croyons inutile de reproduire ces indications, quoique l'auteur se serve une fois (cf. ci-dessous p. 299) de sa longueur (faisant 159 centimètres) comme mesure.

Als de klockstelders willen weten hoeveel gewicht dat sy aen haer touwen hanghen moeten sonder te wachten d'een uere vóór ende d'ander naer, om te sien oft met de Sonne overeenkompt, so en hoeven sy haer maer slechs na de voorsz. gevondene secunde te reguleren [1]), eens wetende wat proportie datter is tusschen een secunde ende het cloppen van haer horologie, meer of min gewichts daeraen hanghende, totdat sy de proportien hooren ende sien. In myn horologie isse byna van 42 cloppen tot 36 secunden [2]). Clocksteldersonderwesen.

Die perfect sien wil wat sedimentum syn water of urina heeft, die mach syn water maken in eenen urinael, ende alst geseten is, gieten dan het claerste boven af. Daerna moet hy syn water in eenen anderen urinael maken, ende geseten synde het claere oock afgieten, ende dit sedimentum by het eerste gieten. Daerna in den ledighen urinael wederom syn water maken ende doen alsvooren. Ende dat so dickwil totdat hy genoech byeen heeft. Urinae sedimentum examinare.

Dewyle dat gesonde lieden haer water so goet is dat het de nieren suyvert ende niet toe en laet dat daer eenich graveel aen en blyft, maer scheydt ende met sich neempt; dat oock eenen vervuylde urinael, daer een ongesondt mensche, die graveelich is, syn water dickwils in gemaeckt heeft, also datter veel tartarus [a]) aen het glas van binnen vastcleeft, indien een gesont mensche daer dickwils syn water inmaeckt, so sal het glas geheel schoon ende claer worden — so duncke my dat in de urina van een gesondt mensche yet te vinden is dat het graveel doet scheyden. Urinæ sanae nitrum valet contra renum calculos.

So ick dit D. Nuyssenborgh [3]) seyde, andwoorde hy datter hyer een vrouwe is, die teghen het graveel pisse in geeft; bevinde oock dat het sal prunelle (niet anders synde als *nitrum*) [b]) van de doctoren teghen het graveel met goet succes gebesicht wort. Daerom soude wel best moghen wesen dat men het nitrum, datter in de urina veel is, van een gesondt mensche, die gansch niet graveelich en is, uyttrock ende een graveelich mensche [c]) dickwils ende in groote quantiteyt ingaf (want pisse en kan in geen groote menichte gedroncken worden). Also is te hopen dat hetgene den gesonden mensche van het graveel bewaert, den ongesonden daervan verlossen sal; want het kan wel syn dat het nitrum, dat uyt de urine van een mensche gemaeckt wort, al wat verscheelt van 'tgene dat uyt de aerde etc. getrocken wort. Geneest het nitrum niet, so soeckt in de urine yet anders. |

Gisteren, synde den 15en Meerte 1631, hebbe ick eenen brief van Cornelis Drebbel aen den Coninck van Engelandt geschreven, hiervóór op een ledich Horologium perpetuum construere.

[a]) d'abord *aen de kand*; puis *de kand* barré. — [b]) pas de parenthèses. — [c]) *mensche* deux fois.

* * *

[1]) Cf. ci-dessus pp. 192–194 et 198.

[2]) Cf. ci-dessus pp. 153–156, notamment p. 156.

[3]) Sur le médecin Anthony Nuyssenborgh à Dordrecht, cf. ci-dessus p. 34.

bladt gecopieert [1]). In denwelcken hy onder anderen schryft, dat hy een horologie maken kan dat altyt loopen sal; ende alst een weynich verloopen is, dat het dan als de Sonne schynt, wederom terecht kommen sal.

Dit kan gedaen worden met eenen hollen back, also gestelt dat de Sonne winter ende somer om eenselve uere op eenselve plaetse schynt, twelck op de manniere van de sonnewysers moet geordineert worden, also dat de Sonne op een gegeven minute van een uere, tsy middach of op een andertyt, altyt schynen moet op deselfde linie, welcke so lanck moet syn datse van den eenen tropicus tot den anderen reyckt. Nu van binnen moetender interstitia gemaeckt worden dat elck quartier van de uere een caviteyt appart heeft, wiens locht de Sonne schynende op de superficie, door syn warmte verdunnen sal; dewelcke, meerder plaetse soeckende, moet gedirigeert werden, daerse het wyserken effen op die uere ende quartiere dryven kan. Twelck op verscheyden wyse geschieden mach, de verwarmde locht teghen d'een of d'ander veerken vliegende, dat so gestelt is dat het wyserken anders niet staen en kan dant van dit veerken gedreven wort. Welck veerken of plaetken kan gehecht syn aen een koper rondt stocxken, daer het wyserken met syn centrum vast aen is, also dat het drayen moet gelyck het koperken draeyt. Dit stockxken lanck synde, kan veel veerkens draghen, elck responderende op syn uere etc.

Spongiæ parte in aquâ existente cur tota spongia madeat.

FRACASTORIUS, cujus scripta [2]) nunc primùm video, libello *de Sympathiâ*, cap. 10 [3]) multas causas affert cur spongia, parte sui in aquâ pendula, tota, id est supra æquilibrium aquæ, madefiat. Nulla verò rationum quas affert, veritati videtur consentanea; at eas refutare nunc non est opus, cùm id unicuique in hoc opere meo versanti, facillimum sit. Sufficiat igitur eam quam ipse genuinam esse existimo afferre.

Spongiâ primùm madefactâ, ac deinde tam fortiter compressâ ut omnis aqua exprimatur, spongia nihilominus madet, quia mador ita obsidet poros ejus minores ut nullus aer ingredi possit, eo modo uti multoties [4]) de foraminibus dixi per quæ aqua effluxura ob fugam vacui retinetur, eoque modo quo aliàs [5]) dixi guttas fieri,

---

1) A fol. 294*verso*–295*recto*; cf. l'*Avertissement* à ce volume. Nous reproduisons cette lettre comme *Appendice II* à la fin du présent volume. Tout récemment, en 1630, on avait publié une grande partie d'une autre lettre de DREBBEL sur ses inventions (cf. ci-après pp. 302–304 et 367, n. 5).

2) HIERONYMI FRACASTORIO *Veronensis Opera omnia, in unum proxime post illius mortem collecta, quorum nomina sequens pagina plenius indicat. Accesserunt* ANDREAE NAVGERII, *patrici Veneti, Orationes duæ carminaque nonnulla, amicorum cura ob id nuper simul impressa, ut eorum scripta, qui arcta inter se viventes necessitudine conjuncti fuerunt, in hominum quoque post eorum mortem, juncta pariter pervenirent* (vignette). *Cum Illustriss. Senatus Veneti decreto. Venetiis apud Iuntas, M.D.LV.* — in-4°:; XII + 285 + 32 fol. — Il y a de cette collection des réimpressions: *Venet., 1574* et *1584*; puis *Lugd., 1591*.

3) Le traité *de Sympathia et Antipathia Lib. I* (publié pour la première fois en 1546) occupe dans l'édition citée fol. 79*recto*-104*verso*. Le chapitre 10 est intitulé: *Cur calx et pannus et alia multa sicca existentia aquam promptissime admittant.* Il occupe fol. 87*verso*–89*recto* de l'édition citée.

4) Cf. ci-avant p. 60, n. 4 et p. 88; d'ailleurs *t. I*, pp. 83, 101, 102 et 200.

5) Cf. *t. I*, p. 42 et *t. II*, pp. 250 et 255–256.

ob nonnullam in aquâ existentem tenacitatem. Poris illis igitur in spongiâ a madore clausis, aer, inquam, ingredi nequit; sunt ergo pori hi omninò vacui. Aer verò circumstans eos non claudit quia fibræ spongiarum fortiùs se dilatant quàm incumbens aer eas premit, idque ob pororum quos fibræ sese dilatando faciunt, exilitatem. Manus verò comprimens | eos poros claudit; non quòd ejus motus vim aeris incumbentis superet, sed quia hoc additamentum ad vim aeris requiritur ut compressio talis fiat; imò nisi aer comprimeret, fibræ spongiarum multò majores poros facerent. Sic aer compressus, ad naturalem rarefactionem etiam vi magnâ revertitur. Sic arcus, lamina, pila etc. nimis tensa aut compressa, ad situm naturalem sponte redeunt, de quâ re antehac [1]) non semel cum admiratione loquutus sum.

Poris igitur a fibrarum recursu factis et ab humore clausis, ut aer ingredi nequeat, illi quidem, quamdiu in aere sunt, vacui existunt. At simul ac aquam spongia tangit, aqua ab incumbente aere pressa, in eos poros vacuos, per eam spongiæ partem quæ in aquâ est, impellitur. Nunc enim aquæ poros claudentis tenacitas non obstat; aqua enim aquæ est amica, madorque poros obstruens et aqua in quâ pendet spongia, omninò conjunguntur, quia asperitates et pori homogeneorum eorundem similes et æquales sunt. Non enim si aer intra poros hosce madore obstructos, penetrare nequeat, etiam aqua id potest [a]), nam aqua madori (qui nihil est nisi aqua) mixta unum fiunt. Atque ita juncta, mixtum satis est copiosum ut non tantùm poros obstruat, verùm etiam eos ingrediatur et omninò impleat.

Galilæi fluxus et refluxus probatur.

Vidi nuper libellum manuscriptum Italicè qui GALILEO GALILEO ascribitur [2]), ubi auctor statuit fluxum et refluxum maris originem sumere à motibus Terræ diurno et annuo combinatis [3]).

Et certè, si Terra moveatur eo quo eam COPERNICUS modo moveri supponit, aqua non potest non pati varium fluxum et refluxum secundùm ea quæ antehac de motu non semel disserui; imò multò magis aer ob illos motûs variè movebitur, ita ut ille omnium ferè ventorum causa esse videri possit [4]). Unde sequitur ut illi qui sub polis habitant (si ibi tota superficies aquis est adoperta) fluxum et refluxum singulis duntaxat 24 horis sentiant, quia motus diurnus Terræ ibi est insensilis, semperque ibi aqua et ventus vel ad polum vel à polo moveri debeat.

---

a) le ms porte: *nequit*.

* * *

1) Cf. les passages indiqués ci-avant p. 127, n. 2.

2) Sur ce petit traité qui circulait alors parmi les savants sous forme manuscrite, cf. ci-dessus p. 171.

3) Cf. ci-dessus p. 171, n. 2. Non seulement GALILEE expliqua dans son traité l'origine des marées par le mouvement journalier et annuel, il croyait même que ces marées fournissaient l'une des meilleures preuves pour le mouvement journalier (cf. *Le Opere di* GALILEO GALILEI, *ed. naz.*, vol. *V*, *1895*, pp. 381–385). Nonobstant plusieurs réfutations (par exemple celle de BACON dans son *Novum Organum*, *Londini*, *1620*, p. 306), l'explication erronnée de GALILEE, répétée dans le *Dialogo* de *1632*, plut beaucoup aux adhérents du système héliocentrique. GASSEND, par exemple, l'admit volontiers..

4) Cf. ci-avant p. 171.

Fluxum et refluxum instrumento imitari.

Scribit auctor libelli [1]) se fecisse instrumentum quo hic motus, sive fluxus et refluxus, representari possit; fabricam verò non addit.

Eam autem hoc modo facere liceat. Sumatur vitrum [a]) sphærale politum, qualia huc advehuntur specula sphæralia. In medio ejus magnes globosus figatur; in exteriori vitri superficie ramenta ferri vel magnetis undique adhæreant quæ aquam repræsentent; quò minora et globosiora, eò ad hanc rem aptiora. Hæc ramenta (*vylsel* dicunt Belgæ), a magnete attracta, nunquam a vitro excident; at si vitrum moveatur inæqualiter, ea quoque variè movebuntur. Et si per motûs Terræ similes moveatur, rasuræ hæ procul dubio motum refluxûs et fluxûs [b]) maris et ventorum repræsentabunt.

Terra an duplici motu moveatur examinare.

Ergo | in sphærico hoc vitro fac fossam circularem aggeribus positis, id est, talem quæ sit vel in æquinoctiali vel æquinoctiali parallelam. Tum fossam etiam facito secundùm aliquem meridianorum. Tertiò fac eas fossas latiores ut sint veluti maria quædam. Fiatque primò polus Terræ idem cum polo zodiaci, tum eo se habeat modo uti se nunc habet etc. Vide quænam phænomena hinc sequantur. Quæ nisi reverâ in mari appareant, certò concludendum Terram non moveri. Cognitis enim regularibus, facilè erit etiam obliquas et varias fossas cognoscere [c]); imò totum maris motum circa littora in cavitates cognitas.

Sic mare quod est inter Africam et Indiam occidentalem, situm est secundùm Austrum et Septemtrionem, ergo singulis horis 12 fluxus et refluxus ad littora percipitur. Nam mare illud singulis 24 horis bis duntaxat secundùm longitudinem coincidit cum motu Terræ annuo. IJs ergo [d]) horis aqua ejus movetur versus aliquam ejus partem in longum; at reliquis [e]) horis eadem aqua redit ad æquilibrium. Bis igitur 24 horis fluxus et bis [f]) refluxus percipitur apud nos qui habitamus in hujus ponti extrema ora.

Lunæ motus pendet ab eâ causa à quâ fluxus et refluxus.

Cùm autem fluxus et refluxus etiam Lunæ ordinem sequatur, necessè est et Lunæ cursum eandem cum æstu maris habere causam, duplicem nimirum Terræ motum. Si igitur Lunæ motus ex Terræ motibus sequatur, non ampliùs de veritate dubitandum videtur. Nihil autem veriùs quàm motâ duplici hoc motu Terrâ, etiam aquam et aerem variè moveri.

Planetae quomodo creverint.

12[en] Aprilis 1631 cùm LANSBERGIJ *Ouranometriam* [2]) percurrerem, subijt cogitare quî factum esset ut corpora longiùs à Sole distantia, majora essent propinquioribus, solo Marte (ejus judicio) excepto [3]).

---

a) *vitrus.* — b) *flux.* — c) d'abord *cognoscere etiam*; puis etiam barré. — d) d'abord *ergo temporibus*; puis *temporibus* barré. — e) *requiquis.* — f) le ms porte: *et 2.*

* * *

1) Cf. *Le Opere* etc., *vol. V* (*1895*), pp. 386–387.

2) PHILIPPI LANSBERGI *Uranometriæ libri tres. In quibus Lunæ, Solis et reliquorum planetarum et inerrantium stellarum distantiæ à Terra et magnitudines, hactenus ignoratæ, perspicue demonstrantur. Ad illustriss. et potentiss. Zelandiæ ordinum delegatos. Middelburgi Zelandiæ, Apud Zachariam Romanum bibliopolam. Anno CIↃ.IↃ.CXXXI.* — in-4°; 136 pp.

3) Cf. ci-avant pp. 100, 101, 101–102 et 106–107.

Suspicabar igitur fieri posse ut septem quos dicimus planetæ, originem sumpsissent ex exhalationibus Solis qui plus quàm quadruplo major statuitur quàm omnes planetæ (inter quos est etiam Terra) simul sumpti. Majora ergo corpora remotiora esse videntur, quia Sol ob distantiam paucissima ibi discutit. Mercurij verò stella, propinqua Soli existens, etiamsi indies multis a Solis exhalationibus etiamnum crescat, tam fortes tamen Solis in eâ sunt radij ut non minùs multa quotidie discutiat ac per inane spargat. Ideòque non est credendum longo ævo planetas augeri aut diminui non posse. Distantia singulorum planetarum ab invicem tanta est ut unusquisque sit extra alterius activitatem: omne autem quod in inani volitat, ferè intra alicujus planetæ activitatem est, ac idcirco tum ab hoc, tum ab illo planetarum attrahitur; planeta verò motu suo circa Solem omnibus corpusculis in eo circuitu voli | tantibus occurrit, quodque nunc extra ejus est activitatem, id alio periodi tempore est intra ejus activitatem. Neque aliter hæc in universo volitantia corpora trahuntur quàm lapides, in altum conjecti, in Terram recidunt. Hæc etiam est causa cur plures planetæ non sint; etiamsi enim in initio plures fuissent, minores a majoribus attracti fuissent, donec omnia extra aliorum activitatem fuissent. Et quamdiu adhuc planetæ sensilibiter crescebant, hoc modo se res habere potuit.

At cùm eousque pervenissent ut tantum ferè discuteretur quantùm aliunde accederet, nulla datur occasio corporum majorum attrahendorum, nisi fortè cometarum, qui ita extra planetarum activitatem colliguntur, ut etiamsi nunc intra nullius planetæ activitatem siti sunt, mox tamen planetis [a]) circa Solem motis, tandem ab ijs absorbentur; cùmque altiores planetæ et longiùs à se invicem distant et tardiùs moventur, fit ut altiores cometæ et majores sint et diutiùs durent.

Hinc sequi videtur ratio virtutum planetarum ad invicem. Cùm enim Saturnus longiùs à Sole abest verisimilè est ibi omnia frigore esse obsita, ideòque omnes ejus exhalationes [b]) esse frigidas, non aliter quàm acervus ingens nivis et glaciei in montibus loca vicina frigidiora reddit quàm forent si acerbus iste ibi non esset. Cùmque Saturnus ita Soli conjungitur vel opponitur ut Terra nostra sit in eâdem lineâ rectâ, multò potentiùs vim suam ad nos transmittit, nam radij solares in eâ Saturni parte quæ Terram spectat, multa discutientes, plura ad nos ex eo [c]) deferunt; eo enim modo quo calor vehiculum est omnium et cujusmodi [d]) odorum, ita etiam radij Solis frigidas Saturni exhalationes ad nos deferunt. Sic quoque hîc apud nos, quando nix domos nostras operit, non tantum frigoris intra ædes mittit quàm cùm incipit dissolvi; tum enim id quod antea quiescebat atque eo loco hærebat, movetur ac intra ædes ingreditur cutemque nostram tangit sive in formâ aquæ, sive in formâ frigidorum vaporum. Et nisi eodem tempore idem calor qui

Planetarum vires in nos unde oriantur.

a) d'abord *planetis motis*; puis *motis* barré. — b) d'abord *exhalationes ex*; puis *ex* barré et *esse* ajouté dans l'interligne à l'encre plus pâle. — c) *ad nos ex eo ad nos.* — d) *cujusmodo.*

nivem liquefacit, etiam nos calefaceret, multò majus [a]) frigus, cùm nix dissolvitur, quàm antè sentiremus. Id autem fit in Saturno, ubi calor qui ejus nivem dissolvit, nos hîc nullo modo afficit.

Id quod de Saturno dixi, de alijs etiam planetis dictum esto, nisi quòd Mars ob alias causas calidam exhalationem ad nos mittit. Propinquior enim est Soli tamque nobis propinquus ut calor ille Solis qui oleum [b]), sulphur et aquam etc. Martis dissolverat, non evanuerit antequam ad Terram pervenit, cùm ex Saturno venientes exhalationes ad nos jam a radijs Solis fere [c]) destitutæ, perveniant. |

Id verò hîc etiam considerare convenit non temerè quibusvis aspectibus esse credendum. Ex ijs enim quæ dicta sunt, solæ oppositiones et conjunctiones vim habere videntur, quòque aliquid longiùs ab ijs abest, eò minùs virium suarum ad nos mittere.

Id quod de Sole diximus, dici etiam posse videtur de Terrâ et Jove quæ sese eodem modo ad suos planetas, quo se Sol habet ad suos, habere videntur. Creata sit igitur Luna nostra ab exhalationibus ex Terrâ ascendentibus, qui cùm sint [d]) pauciores quàm ij qui à Sole prodeunt, ideò Luna multò est minor planetis primarijs, tantumque ex eâ indies a Sole potissimum [e]) discuti putetur quàm a Terrâ et aliunde ad eam accedit.

Planetarum vires quantæ ad nos veniant.

Etsi autem planetæ parvi appareant, non tamen existimandum est non plus virtutis ex ijs ad Terram transmitti quàm si parvi reverâ existentes, tam propinqui essent ut nobis tales, quales nunc apparent, viderentur. Nam quoniam ex toto corpore virtus emittitur, neque ea virtus in totum spatium spargitur, sed omnis qui inter Terram et planetam fuit prorsum ad nos pervenit [f]), fit ut planetæ secundùm tres dimensiones virtutem emittant, Terra verò secundùm duas duntaxat recipiat [g]). Ideòque crescente ita distantiâ et magnitudine ut angulus visualis idem maneat, virtus major fit in Terrâ quàm antè. Tum enim demùm virtus cum distantiâ et angulo hoc proportionem habet, quando totum spatium virtutem immissam in quâvis sui parte æqualiter retinet, neque ab uno in alium locum transmittit [h]), aut ad extremitatem determinat.

Solis motus secundùm quendam.

BALTHASAR VAN DE VINNE [1]) tot Gorcum is van opinie dat de Sonne, boven haren loop, die sy alle maende doet, in sichselven oock loopt ronsom eenen center buyten haer, welcke center van de Sonne soude staen ick en weet niet hoe dickwils de distantie tusschen ons ende Saturnus; ende gaet eens om, ick en weet niet in hoeveel duysent jaer. Evenwel houden haer plaetsen ronsom haer altyt haren loop, op

---

[a]) d'abord *majus quam*; puis *quam* barré. — [b]) *oleum* écrit au dessus du mot *sulphur* qui suit. — [c]) *fere* ajouté dans l'interligne. — [d]) *sunt.* — [e]) d'abord *a sole et terra*; puis *et terra* barré et *potissimum* ajouté dans l'interligne. — [f]) *perveniat.* — [g]) *recipiant.* — [h]) *transmittat.*

* * *

[1]) Cf. pour lui *t. II*, p. 388, n. 4.

die manniere gelyck TYCHO BRAHE syn hypotheses maeckt, oft gelyck Jupiter met syn planeten ronsom de Sonne loopt.

Also meynt hy oock, dat alle de vaste sterren doen met al hetgene dat ronsom elcke vaste sterre draeyt, waermede hy seght al de phænomena te konnen solveren[1]).

Cribiformis in oculis meis apparentis historia et ratio.

Cribriformè id quod antehac in oculis meis apparere dixi[2]), latitudine exigui straminis infinitis foraminibus referti, æqualibus quidem ijs, sed quibusdam in locis paulò majoribus distinctum <erat>[a]). Filum hoc multis gyris inter se convolvitur, quorum situs et positio partium ad invicem aliquantulum mutatur, verùm ita ut post motum ad eandem posituram redire videatur, non aliter quàm lamina chalibea per motum flexa [b]), ad eundem, quem antè habuit situm, revertitur. Hoc phænomenon ab oculis meis quantitate quatuor aut quinque digitorum videtur distare.

Cùm | subitò oculos attollo, altissimè videtur volitare, non aliter quàm lapis qui è manu emissus pergit moveri, donec occursu rei duræ etc. sistitur. Tum verò etiamsi in unum idemque punctum oculos coeam, nihilominus tamen cribriformè hoc phænomenon videtur cadere usque ad infimam oculi sedem; unde videtur non tunicæ alicui affixum esse, sed humori alicui innatare. Adhæc non videtur hoc phænomenon, nisi oculos obvertam, cœlo limpido aut parieti claro; cùmque per secundariam lucem, ut fit, alias res aspicio, nihil [c]) hujus phænomeni apparet.

Inde concludo hoc non videri per lucidos punctorum penicillos sicut omnes aliæ res videri solent, sed duntaxat esse umbram fuliginum in oculis apparentium, id est tunicam aragnoidem illo loco lucem oculos ingredientem, non accipere. Fieri enim non potest ut unius puncti penicillus [d]) in oculo radiantis in tunicâ aragnoide per refractionem quamvis in punctum coeat, nam illa quæ propè oculum sunt, ob eam rationem non videntur quia vel non refringuntur in unum punctum, vel saltem longè post tunicam aragnoidem. Jam verò, si hæc fuligo foret in humore oculi aqueo, radij lucis per pupillam singula puncta fuliginis comprehendentes, antè coirent quàm ad tunicam aragnoidem pervenissent, atque ita nulla in eâ foret umbra; quod fit quia pupilla tam magnam proportionem habet ad puncta hujus fuliginis, quæ puncta tam sunt exigua ut minima lucis homogenea non multò videantur esse minora. Versantur ergo hæc fuliginum puncta cohærentia in vitreo humore, non longè à tunicâ aragnoide, vel eam ipsam contingentia. Quæ eam tangunt, tantam, quanta ipsa sunt, umbram reddunt; quæ remotiora, eorum umbra pro ratione distantiæ imminuitur.

Distantia verò visibilis hujus phænomeni ab oculo tanta est, quanta ab angulo coni ex unico phænomeni puncto facti, indicatur; eodem enim modo quo penicillus

---

a) *erat* omis. — b) d'abord *flexa revertitur*; puis *revertitur* barré. — c) d'abord *nihil horum*; puis *horum* barré. — d) ce mot ajouté dans l'interligne.

* * *

1) Cette opinion était celle de GIORDANO BRUNO, comme l'auteur le remarque ci-dessous p. 333.

2) Cf. ci-dessus pp. 178, 182–183.

lucidus ab unico <puncto>[a]) rei visibilis extra oculum positi, in unicum punctum in aragnoide desinit, utque ex hujus anguli quantitate distantia judicatur, sic in hoc phænomeno radij, singula ejus puncta comprehendentes inque aragnoide angulum constituentes, indicant distantiam apparentem. Nam existimat oculus, eundem angulum sentiens quem ex tali distantiâ extra oculum sentire solet, hoc punctum quoque taliter ab oculo remotum esse. Quò igitur hujus fuliginis puncta æqualia in vitreo humore longiùs ab aragnoide distant, eò angulus fit minor et consequenter distantia visibilis major putatur.

Aeris mutationum causæ.

Planetæ [b]) <et>[c]) stellæ fixæ parum aut nihil ad aeris alterationen facere videntur, ob eorum nimiam à Terrâ distantiam et diametrorum exilitatem. Sol verò solus author est uniformis varietatis. At venti omnem, et diurnam et horariam, etc., afferunt mutationem; ex locis enim unde spirant, afferunt causas alterationis. Et si non spirant venti, vapores in altum elevati ibidemque hærentes, Soli vim ordinariam adimunt fitque pluvia, frigus, etc. Quid autem per radios Solis, nullis ventis spirantibus, | in hoc nostro aere futurum sit, non difficile fortassis intellectu videtur. Et si venti fiant a motibus Terræ [1]), quin eorum motum et varietatem eorum quærimus?

Humorum excussio cum vitro, aqueas scintillas eijciente, collata.

Qui similitudinem habere desiderat quomodo humores interdum in corpore nostro disijciantur, sumat vitrum, pedi oblongo insistens aquâ, ferè plenum; frictoque ejus margine, videbis guttulas innumeras atque admodum exiguas, extra vitrum excuti. Idem fieri potest ijs corporis locis ubi vasa magis tensa sunt.

Rationem cur hoc fiat in vitro antehac [2]) scripsi. At guttulis sanguineis ita in corpore dispersis, facillimo negotio a calore vincuntur atque in vapores et flammulas vertuntur. Hinc fortassis vulneratorum febris continua ob perpetuum dolorem, membranis ubique et continuò concussis.

Consolandi se modus ob mortem amicorum.

Over het verlies van syne vrienden kan men sich troosten als men overdenckt dat men [d]) nu so is gelyck ymant die sonder sulcke vrienden geboren is. Want is die niet droeve omdat hy se niet gehadt en heeft, waerom sal ick droevich syn dat ic se niet meer en hebbe? dewyle ick deselvighe gelegentheyt van vermaeck nu hebbe, die ick soude gehadt hebben, waert dat ick die vrienden noyt gekent en hadde.

Het verlies van vader, moeder, ooms, moyen, broeders ende susters wort ordinaris gerecompenseert ende derhalven vergeten door occupatien ende tvermaeck tgene men met syn kinders heeft. Die dan na het aflyden van haer ouders of geen kinders en kryghen of die verliesen, syn nootsaekelick alderdroefts [3]).

a) *puncto* omis. — b) *an* de *planetæ* ajouté dans l'interligne. — c) *et* omis. — d) *me*.

* * *

1) Cf. ci-dessus pp. 171 et 205.

2) Cf. *t. I*, p. 210 et *t. II*, p. 319.

3) La première partie de cette note pouvait se rapporter à l'amitié de BEECKMAN avec DESCARTES qui

Nihil [a]) curatu difficiliùs videtur [b]) febribus, eo quòd ferè ad cor moventur [c]) (nihil enim aliud sunt quàm ignis intra corpus accensus); corde verò ab hoc calore affecto [d]) magis magisque incalescit, non aliter quàm ligna quæ plurimo calore circumdantur; quantòque plus caloris aliunde, vel ab ipsis lignis, accedit, eò magis ligna consumuntur. At qui extrorsum movere posset ignem hunc, ac in locum ejus aerem per foramen aliquod substituere, eum procul dubio extinguet.

Febres folle inverso et vase curare.

Sic si quis corpus totum hominis, febre laborantis, sacco coriaceo undique exactè clauso includeret, solo capite excepto, ita ut saccus circa collum [e]) leviter constringatur, ne multum aeris inter collum et corium transire possit. Quod ut accuratiùs fiat, collum fascijs ante et post constrictionem sacci obvolvatur; tum fiat foramen circa umbilicum in sacco coriaceo, in quod per tubum coriaceum, follis inversus inseratur, atque ita omnis aer qui circa corpus in sacco est, eliciatur. Hunc aerem sequetur omne id quod in corpore maximè spiritualè est, quod tempore febris est spiritus sive calor febrilis. Quo hoc pacto per poros corporis extracto, aer per os continuò ingrediens, cor et reliqua corporis interna refrigerabit febremque [f]) frigore suo procul dubio extinguet.

Dit soude myn soontjen [1]) misschien geholpen hebben, hadde ick <dit>[g]) doen bedocht ende gedaen, want hy was heet van binnen ende koudt ende clam aen syn handen.

Follem inversum voco, per quem flatus non expellitur, sed per quem aer attrahitur et sugitur. Vide 2 [2]). |

CLAUDIUS MYDORGE in *Examine* suo des *Recreations mathematiques* [3]), pag. 231 [4]), dicit *qu'une mesme force pourroit jetter plus loing une balle de pierre qu'une autre de fer ou plomb, à cause que la balle de pierre faict moins de resistance à la force mouvante que la balle de fer ou plomb.* Dicitque: *c'est une experience veritable et assez ordinaire.*

Gravia a vi sufficiente mota longiùs in aere cur moveantur.

---

a) le manuscrit porte: *cum nihil.* — b) *videatur.* — c) *moveantur.* — d) d'abord *affecto deficit ac*; puis *deficit ac* barré. — e) *collum con*; ce *con* pas barré. — f) d'abord *febremque exting*; puis *exting* barré. — g) *di* manque.

* * *

ayant montré quelque refroidissement depuis l'automne de 1629, s'était brouillé avec BEECKMAN en octobre 1630, mais se reconcilia avec lui vers août 1631. La seconde partie de la note peut faire allusion à la perte que l'auteur avait soufferte tout récemment par suite de la mort du seul fils qui lui était resté (cf. la note suivante), ne gardant à ce moment de tous ses enfants que sa fille CATELINE, née le 29 mars 1624 (cf. *t. II*, pp. 297 et 388).

1) JACOB BEECKMAN, né le 14 août 1629; cf. ci-dessus p. 144. Il était mort le 4 juillet 1631; cf. au *t. IV* à cette date la réproduction de quelques notes nosographiques.

2) Cf. ci-dessous p. 212.

3) Ce livre semble avoir été envoyé tout récemment à BEECKMAN par MERSENNE, l'ami intime de MYDORGE avec une lettre à laquelle notre auteur répondit le 7 octobre 1631. Le titre de l'ouvrage porte: *Examen du livre des Recreations mathematiques et de ses problemes en geometrie, mechanique, optique et catoptrique. Où sont aussi discutees et restablies plusieurs experiences physiques y proposees. Par* CLAUDE MYDORGE *Escuyer, Sieur de la Maillarde, Conseiller du Roy, et Tresorier general de France en Picardie* (petite vignette). *A Paris, chez Rolet Boutonné, au Palais, à l'entree de la petite gallerie des prisonniers en la deuxième boutique. M.DC.XXX. Avec privilege du Roy.* — petit in-8.

4) Pp. 230–231 de la première partie (qui compte 280 pp.). Le titre du problème LXXXVI, 3 porte: *D'où vient que le canon a plus de force quand il est elevé en haut, que quand il est pointé contre bas, ou quand il est de niveau parallele à l'horizon.*

At neque experientia, nec ratio vera sunt. Nam positâ vi quæ globum plumbeum longissimè moveat, certum est ab eâdem vi globum lapideum non tam longè motum iri, et, ut antè [1]) scripsi, globus major a magnâ vi longiùs movetur quàm ejusdem materiæ globus minor. Ratio non ad resistentiam virtutis moventis est referenda, sed ad resistentiam aeris, qui majorem proportionem habet ad levius et minus corpus motum quàm ad gravius et majus [2]). In vacuo quidem æquè celeriter utrumque movebitur, si, dum virtus movens adjuncta est, æquè celeriter moveantur [3]). Resistentia verò ad virtutem moventem non consideratur postquam res mota a virtute movente jam remota est.

Exigua quidem vis longiùs movet leviorem globum et minorem quàm graviorem et majorem, sed examinatoris verba aliud, ut hîc videre est ‹per› id quod dixi, præ se ferunt et *virtutem* quamvis significant. Sed de talibus antè ad nauseam usque.

Te Dort, den 22en Julij 1631.

Febrium per vas ligneum et follem curandi ratio.

Vide 2 [4]) — De febribus curandis cùm NUYSSEBURGIO [5]) consilium meum aperirem de extrahendo per follem calore mediante sacco coriaceo, existimabat is corium id tergori tam fortiter applicatum iri per suctionem ut non undiquaque, sed circa solum umbilicum corporis calor extrahi cogeretur, quod et dolorificum et non tam promptum videbatur.

Idcirco præstare existimabam ægrum jacere, aut stare aut sedere, in vase ligneo optimè clauso cujus unus fundus ex corio constaret quod aperiri et constringi posset circa collum hominis; follis verò, qualis est vinariorum, sed inverso modo paratum, foramini medio, non aliter quàm vinarij faciunt, insereretur.

Hoc quivis, benè valens aut febre intermittente laborans, experiatur hoc pacto: Sedeat in vase; circa collum corio claudatur; extra vas pendeat pulsilogium quodvis [6]); æger intra vas digitum arteriæ imponat, numeretque ante suctionem quot ictûs aut pulsûs arteria edat eo tempore quo plumbum pulsilogij 36 recursûs fecerit, quos alius numeret; postquam verò jam aliquoties follis operatus fuerit, iterum exploretur proportio pulsuum ad recursûs pulsilogij; si enim pauciores jam fuerint pulsûs, cogitandum est calorem à corde per exteriora evasisse. Aut admove manum tubo per quem aer ex folle eijcitur; is enim si caleat magis quàm par videatur, certum est calorem corporis febrilem extrahi et foras propulsari. Et si quis sentiat nimium trahi illam partem quæ proxima est foramini, opponatur ei lamina quædam, ut aer à lateribus ad foramen perveniat.

Ut autem | hæc attractio caloris interni ad exteriora facilior reddatur, erit conveniens ut cutis fiat quàm porosissima; idque perficietur si in eodem vase ante

1) Cf. les passages indiquées ci-dessus p 185, n. 2; notamment *t. II*, pp. 309–310.
2) Sur ce théorème cf. les passages indiqués ci-dessus p. 49, n. 4.
3) Sur l'application de ce théorème à la chute, cf. *t. II*, pp. 47, 330 et ci-après pp. 224, n. 2 et 274, n. 9.
4) Cf. ci-dessus p. 211.
5) Pour le médécin ANTHONY NUYSSENBURG, cf. ci-dessus pp. 34 et 203.
6) Pour ces pulsilogia cf. ci-dessus pp. 54, 174–175, 184–185, 192–194 et 198.

hoc opus æger sedeat tanquam in balneo, id est in vase hoc aquâ calidâ repleto; ubi verò exteriora satis mollia videntur, omnis aqua per foramen inferior est [a]) emittenda. Et quamquam jam pori, ob aquæ [b]) guttas ijsdem inhærentes, clausi videntur, calor tamen relictus et ex corpore exeuns, ita eas guttas extemplo siccabit, ut pori admodum futuri sint patentes. Nihil enim citiùs aquâ purâ, id est pluviali, siccescit [c]). Imò si æger in tali vase undique clauso diutiùs sedeat, magis exteriora ejus calebunt quàm si multis vestibus operiretur; ideòque halitûs interni ad exteriora movebuntur.

Extractio hæc etiam fieri poterit per pondera, ne toto tempore quo paroxysmus durat, aliquis follem; movere cogatur et in continuis, toto durationis tempore; quamvis interpolatis vicibus, ægro in vase manente, id fieri magno etiam poterit cum fructu, quia, ut dictum est, sola in vase mansio exteriora calefacit. Imò etiamsi follis attractio desinat, tamen, cùm aer in vase circa cutem sit inanitus et rarefactus, halitûs aliquamdiu adhuc instar cucurbitularum in locum vacuum ex interioribus succedent.

At [d]) dicet aliquis: multæ febres multum boni in corpore faciunt dum pravos halitûs calore suo purgant.

Respondeo [e]) idem hîc futurum est, idque multò securiùs et faciliùs, quia proximâ viâ educentur; in febribus verò multi priùs ad cor veniunt atque inde non absque aliquo in corde maleficio expelluntur. Verùm corde, ut solet, per eos halitûs calefacto, calor, per arterias duplicatus, in totum corpus spargitur, atque ita multa expellit; quæ, si statim calor educeretur, expelli [f]) non possent.

Puto [g]) hoc instrumentum non adhibendum esse nisi a medico qui judicabit an præstet in tali ægro eam coctionem per has cordis molestias perficere, an vero hoc vas adhibere. Certè cùm interiora calent et exteriora frigent, ut in febribus ardentibus, cùmque periculum mortis prævidetur, præstat hostem hunc educere quàm permittere ut cor obruat hominemque occidat.

Potest [d]) etiam loco follis adhibere haustrum quam *sentinam* vocant, si partem vasis in quo sedet æger, aquâ impleveris; quam haustro paulatim extrahas. Extractâ enim aquâ aer in vase rarescet, in cujus porositates corporis calor febrilis succedet. |

CÆSAR MAGATUS, *de Rarâ medicatione vulnerum Lib. 1, cap. 77,* paginâ 195 [1]), Sanguinis im-

[a]) *ex.* — [b]) *aquam.* — [c]) *siccessit.* — [d]) un petit espace en blanc entre ce mot et le précédent. — [e]) *resp.* — [f]) *expellere.* — [g]) le ms porte: *resp.*

* * *

[1]) CÆSARIS MAGATI *Scandianensis in almo Ferrariensi Gymnasio publici Medicinæ Professoris de Rara medicatione vulnerum, seu de Vulneribus raro tractandis, Libri duo. In quibus nova traditur methodus, qua fælicissime, ac citius quam alio quovis modo, sanantur vulnera. Quæcunque præterea ad veram et perfectam eorum curationem attinent, diligenter excutiuntur, permultaque explicantur Galeni et Hippocratis loca eo spectantia. Hæc autem duplici quæstione: I Utrum melius sit vulnera quotidie solvere ac procurare, an pluribus interjectis diebus, II Utrum turundarum et penicillorum usus in curatione vulnerum sit necessarius. Novum argumentum est, a nullo hactenus attentatum sed pulcherrimum, et vulnera tractantibus maxime fructuosum. Ad illustrissimos viros D. Alexandrum Flascum Equitem habitus Calatravæ, ac sapientem judicem, sapientesque magistratus D Marchionem Galeatium Gualengum, D. Marchionem Aloysium Bevilaquium, Ferrariensis Gymnasij modera-*

moderatum profluvium cur convulsionem faciat.

dubitat cur immoderatum sanguinis profluvium magis siccet musculos et nervos quàm venarum et arteriarum tunicas, ligamenta, cutem, ut fiat convulsio, quam putat fieri subitâ hac evacuatione, ne cogatur in marasmo convulsionem operiri. Secundò miratur [1]) cur corporis partes magis contrahantur quàm pelles siccatæ, ideòque cogitur recurrere ad sentientem naturam.

Sed respondendum videtur musculos multum corporeitatis crassitiei continere; idcirco si ab omnibus partibus æqualia decedant, decessio illa magis apparet in musculis. Quòd etiamsi in marasmo etiam contingit, id est etiamsi ibi etiam major proportio in decurtatione musculorum quàm <in>[a]) reliquis, verùm lenta hæc tractio aperit poros nervorum, eo modo quo funes quæ pedetentim tenduntur ac diù eo situ manent, non remittunt, sed eam quam noviter accepere longitudinem, etiam remissi, retinent; sed qui subitò tenduntur, aut non satis diù in eâ tensione manserunt, remissi contrahuntur; tempore enim hoc omnes etiam minimi pori aperiuntur, atque id quod contractionem causabatur, aboletur. Quid autem id sit, aliàs a me satis dubitatum.

Alterum ejus dubium minoris adhuc momenti est. Docent enim Mechanici in multis situbus, fune exiguum duntaxat attracto, onera multum loco mutari.

Oleum cur in ellychnium ardens ascendat.

Oleum in ellychnio [b]) ardenti ascendit, quia id oleum, quod in parte eâ ellychnij est quæ ardet, jam ferè consumptum est [2]). Ergo meatûs in fibris ellychnij eo loco inaniores sunt quàm fuerant, cùmque eæ fibræ jam siccatae sint a flammâ, non possunt tam facilè concidere quàm antequam siccatæ erant. Hiantibus igitur illis et ob siccitatem in eâ parte ubi flamma est, clausis, oleum proximum in eos meatûs ab incumbente aere exprimitur.

Confer cum his quæ aliàs de fultro dixi [3]); per hoc enim nihil effluit nisi exterior pars sit inferior oleo quod est in vase.

Clauduntur etiam partes fibrarum ubi flamma est, ob fungos, id est cineres, ijs adhærentes, earumque extremos poros obstruentes. Flamma magis sursum quàm deorsum moveri solita, non videtur concussa [c]) quia satis multum ignis et materiæ deorsum ab eâ premitur ut [d]) cogatur per hoc aliquid ascendere. Flamma verò fibrarum poros aperit quia oleum in ijs extendit, quo jam in flammam verso et extra poros ascendente, latera pororum, ut dixi, exsiccata non possunt connivere.

Rumores falsi

Den 1[en] Augusti 1631 seyde men de heele stadt door [4]) dat ick uyt de sterren gesien

a) *in* omis. — b) *ellyghuio.* — c) *concausa.* (notre correction est hasardée). — d) *ut non.*

* * *

tores. Cum triplici Indice: capitum, quæstionum et rerum omnium memorabilium. Superiorum permissu et privilegiis (vignette). *Venetiis, M.DC.XVI. Apud Ambrosium et Bartholomæum Dei, fratres.* — in-fol.; p. 195, ll. 66–69 de la première colonne.

1) *O.c.*, p. 195, 2e col., ll. 74 sqq.

2) Sur cette question cf. *t. I*, p. 102 et *t. II*, p. 48.

3) Cf. ci-dessus p. 141 (*fultrum* pro *filtrum* ou *feltrum*, feutre).

4) D'après le dénombrement officiel, Dordrecht aurait compté, en octobre 1622, 18. 270 habitants.

hadde dat de stadt Dortrech voor Woensdach aen vier hoecken in brandt staen soude [1]).

cur de me divinationes abhorrente, sparsi tamen fuerint.

Nu dewyle myn schriften uytwysen, datter niemant en is die min vertrout op voorsegginghen als ick doe, door de onwetentheyt der menschen, so mach men hieraen sien hoe lieden die wat meer | schynen te weten als gemeene lieden, sonder order befaempt worden ende also beloghen, twelck van vele andere, die men na haer doot voor waersegghers of tooveraers houdt, oock wel te gelooven is, die dickwils beter ende min superstitieus geweest syn, dan diegene, die sulckx van hen segghen. Sulck segghen kompt dickwils in den mondt van de menschen door eenen kachelachsman die op de bierbanck niet anders dan so een leughentjen en weet te versieren om eens te lacchen; welcke leughen, alse valt op een persoon daer wat apparentie van schynt te wesen, so wort se hier ende daer gelooft.

So seyde men oock, dat ick te Dortrecht op myn toorentjen [2]) door een verrekycker gesien hadde dat het schip *den Orangeboom* (twelck men seght dat verdroncken is) te Farnabock in Brasilien gelost heeft; daer niemant van al hier so seker en is dan ick, dat sulckx door de bocht der crompte van de aerde onmoghelick is.

Ick hebbe dien aerdt, dat ick wel soude willen bespreken datmen na myn doot my niet begraven en soude, maer ergens in huys laten ligghen verrotten.

Resurrectionis testimonium a me sumptum.

De reden daervan is een swackheyt in my, dat my altyt in den sin licht dat ick niet doot syn en sal, als ick doot schynen sal te syn; jae ten dunckt my niet dat ick oyt sterven sal, maer wel voor een tyt slaepen ende vreese int graf wacker te worden.

De vraghe is of dat een goet of quaet teecken is. Myn ongeloovicheyt is so groot dat ick vreese dat ick de alderswackste int geloove ben van alle ware Christenen; maer dit gevoelen ende afgrysen dat ick hebbe van begraven te worden doet my altemet hopen, dat myn kleyn geloove noch geloove is, ende dat de opstandinghe der dooden door insprake des Heyligen geests niet teenemael uyt myn herte geweest en is.

Myn dochterken CATELYNTJE [3]) seght oock dickwils: „en begraeft my niet als myn broerken [4]) begraven is, want ick vreese dat ick noch sal schreuwen ende dat moeder my niet hooren en sal, gelyck myn broerken nu meugelick wel doet''.

Sodat dit een instinctus van de nature schyndt te wesen, die Godt gegeven heeft tot bewys van het eeuwigh leven hierna. Elckeen mach sien of hy dit oock so gevoeldt.

Dit is oock de reden dat ick op myn vrienden versoecke dat sy my willen anatomiseren eer sy my begraven [5])

---

[1]) Sur une prédiction prétendue analogue, cf. ci-dessus pp. 34–35.

[2]) Pour l'observatoire de l'école latine, cf. ci-dessus p. 85.

[3]) Troisième enfant de l'auteur, née à Rotterdam le 29 mars 1624; cf. *t. II*, pp. 297 et 388.

[4]) JACOB BEECKMAN, mort le 4 juillet 1631; cf. ci-dessus p. 211, n. 1.

[5]) BEECKMAN avait ordonné l'autopsie de son frère JACOB, mort à Rotterdam le 27 août 1629, Cf. la *Biographie* au *t. I*, p. XVIII.

Het heeft syn gebruyck soomen maken kan dat een gewicht naer advenant leegher ghinck dan [a]) het swaer was. Maeckt een lanckworpich yserken dat int water syncken kan; so ghy kont wat hol, dat het met het water evenstalwichtich is |.

Rumor falsus de me fortuitò verus videbatur.

Mirum videtur DEMOCRITUM existimare Terram ex atomorum confluxu provenire, cùm nullas unquam particulas ad Terram nostram accedere sentiamus, nisi quis Alpes ex cœlo cecidisse crediderit, aut insulas (quæ ab Antiquis subitò dicuntur natæ), primùm in intermundio coivisse, postea verò [a]) a Sole motas usque ad nostræ Terræ activitatem, fortè fortunâ, in mare cecidisse. Casûs autem illius celeritas fecit ne quis unde venerint, animadvertere potuerit. Terra autem non antè inter intermundia ex collectione atomorum crescere et augmentari potest quàm [b]) atomorum talis fuerit confluxus uti in Terrâ nostrâ est seminum ex quibus crescunt arbores, etc. In seminibus enim apto loco positis, aliquid est quod motu suo recipit in se, quod sibi conveniens adjacet. Qui motus actum accipit à Solis vel alterius cujusvis corporis calore.

Pulmonum morbi ut curari debeant.

Liactûs quos vocant Medici seu *eclegmata*, quibus ulcera etc. pulmonum curare tentant, usque ad ipsos pulmones non videntur pervenire. Asperæ enim arteriæ nimis sunt longæ et circa finem nimis exiles quàm ut tam tenax humor ad earum finem pervenire et per earum oscula in pulmonem exire possit.

Idcircò danda opera est ut per fumos et vapores idem fiat. Hi enim cum aere mixti, totum pulmonem complere possunt, estque is proprium pulmonum ingrediens. Quia autem toubacum et alia accensa sæpè nimis acres et densos fumos exhibent quàm ut eos pulmo absque suffocatione posset recipere, quærenda sunt talia quæ calefacta, duntaxat leves fumos edunt. Et si capsula tam exigua (qualis est aen de toubackpypen) huic rei non sufficiat, fiat tanta ut odor ex toto acervo exeuns, per exiguam fistulam in nares vel os receptus, intentioni tuæ satisfaciat.

Drooghstoofbadt.

De meester te Vyanen [1]) gebruyckte een droogh stoofbat om in te sitten tot genesinghe van de gebreken in de neuse.

---

[a]) d'abord *vero per motum*; puis *per motum* barré. — [b]) d'abord *quam ita*; puis *ita* barré.

* * *

[1]) Ce chirurgien semble avoir eu quelque renom; cf. ci-après pp. 312 et 368. Je n'ose pas affirmer qu'il s'agit de JOHANNES TEELLINCK, issu d'une famille zélandaise qui était bien connue de BEECKMAN (cf. *t. II*, pp. 250, 301 et 307). Ce TEELLINCK demanda son attestation de foi à l'Eglise de Vianen après avoir été mentionné comme médecin, le 4 octobre 1647, à Haamstede (dans l'île de Schouwen). Sa femme, JOHANNA TEELLINCK

Het stof van witte steen, daer men de beelden afmaeckt, gelyck hier te Dordrecht aen het Groot Hooft staen, is so subtyl (hoorde ick in de schuyte segghen) dat het in een gesloten blase aen de solder hangende, treckt so vol dat se berst, ende so veel menschens leven verkort. Ende daerom en willen der vele sulcken steen niet wercken |

Pulveris subtilitas mira.

Een mensche die eenen dicken buyck heeft propter venarum, mesenterij, aut si vis, lactearum obstructionem, moet nootsakelick veel eten ende drincken, want den meesten deel gaet voorby deur de dermen, sonder in de lever te konnen geraken door de verstoppinghe van den wech, die daertoe leydt. Ende de lever ende de reste gesont synde, trecken even staegh.

Obstructi mesenterio cur[a]) multum comedere debeant.

Dat de swarichheden, die aent herte kommen, na de oxelen trecken ende die aen de lever kommen na de liessen, geschiet om datter geen ander deelen des lichaems en syn, die so seer ende so dickwils beweeght worden dan de armen ende de beenen ende op die plaetsen. Ende dat alle andere swaricheyt dan daertoe niet altyt en loopt, acht ick te syn omdatter misschien sulken [b]) wech daernae toe niet en is als van het herte ende de lever.

Axillæ et femorum suprema cur malè recipiant.

Die op een waghen, met syn ooghen toe, achterwaerts rydt, die schynt voorwaerts te ryden, omdat de peerden met horten treckende, ons hooft geduerich voorwaerts, dat is buckende, valt, doordien dat het onderlyf altyt eerst den waghen volcht. Dan [c]) die so voorwaerts rydt, schint achterwaerts te ryden, gelyck oock voor desen [1]) geseydt is.

Achterwaerts rydende met toe-ooghen schynt voorwaerts te ryden.

Het mos aen de boomen hebbe ick eergisteren int ryden gemerckt altyt int Noorden te groyen, omdat de warmte van de Sonne de vochticheyt aldaer so niet opdrooghen en kan.

In Engelant steken de keersmakers een fyn yserken in de cathoen, omdat de cattoen rechtop, sonder te hanghen, soude blyven staen. So kan weynich cattoen sonder drayen styf staen ende de nachtkeersen branden langhe.

Ferrum tenue ellychnio insertum.

Mynheer VAN BERCKEL [2]), borghm[r] binnen Rotterdam, na der doctoren segghen de teeringhe hebbende (ende in der waerheyt syn fluymen, hoest, ende magheren

Phtisis cur emaciatos reddat.

[a]) *cum.* — [b]) *sullen.* — [c]) *daer.*

* * *

apporta la sienne à l'Eglise de Haamstede le 3 janvier 1648. Déjà auparavant, le 5 juillet 1643, AGATHA DE WITTE, la femme de M[r] CORNELIS TEELLINCK avait apporté son attestation l'Eglise de Vianen à Zierikzee.

[1]) Cf. ci-dessus pp. 23, 105 et 132.

[2]) Pour GERARD VAN BERCKEL, le bon ami de l'auteur, cf. *t. II*, p. 358. BEECKMAN le visita à son retour d'Amsterdam. Sur sa mort cf. ci-après pp. 445–449.

deselvighe genoeghsaem betuygende) [a]), so hebbe ick den 8en April 1633 bevonden dat syn pols 19 mael sloegh teghen mynen 20. Ende eenighe daghen te vooren dat het wel 3 of 4 polsen scheelde dat de syne tragher was.

Hinc concludendum videtur vel febrem posse esse absque frequentiâ pulsûs, vel phtisin absque febre. Verùm tum dubitabitur quæ possit esse causa emaciationis, cùm ea in tabe oriri videatur a nimio et continuò carnes absumente calore, per arterias in totum corpus sparso.

Hanc igitur causam ego sitam esse existimo in particulis ex putrescente pulmone, mediante aere per cor et arterias ob similitudinem substantiæ partes omnes corporis solidas vellicantibus, et intra earum poros ingrediendo solventibus. Verisimilè enim est particulas pulmonis solidas, putredine solutas atque ad minima homogenea redactas, unâ cum aere per læves arterias in cor rapi atque inde totum corpus pervadere. Particulas verò illas eam habere figuram quæ instar cunei solidas corporis partes frangat, non aliter quàm nomæ, cancer [b]), etc. ejusmodi fermenta omnem circumjacentem carnem depascit et pestis materia vaporosa non corpus ipsum, sed spiritûs aut saltem tenuiora corporis nostri suo ingressu et mixturâ dividit, divisaque actiones suas exerere nequit. Atque illud est quod ab HIPPOCRATE τὸ θεῖον dicitur, quia figuram hanc homogeneorum talium nemo facilè explicaverit.

Ulcus autem pulmonis frequentiùs phtisin causatur quàm partium aliarum, quia hæ [c]) partes illo aeris vehiculo versus cor et arterias carent. Nec tamen rarò etiam ex illis putrescentibus hectica excitatur, maximè verò cùm ob febres ardentes ipsius cordis substantia raditur |.

Cibus in prandio et cœnâ sumptus quamdiù in ventriculo sit, quidque illi porrò accidat.

Cibus qui in prandio comeditur, usque ad horam quartam vel circiter in ventriculo coqui videtur; post verò usque ad cœnam per intestina volvi anum versus, atque interim ex hoc chilo hepar id, quod nutritioni est aptum, attrahere [d]).

Attractio illa fit ut reliquorum omnium, per arteriarum motum. Hoc enim motu in systole succus, ex venulis in loca ab arteriâ concidente deserta, exprimitur, ut etiam antè [1]) significavi. Hæc attractio fit <per> [e]) noctes [f]) diesque absque intermissione. At cùm homo vigilat, spiritus ex cerebro per nervos in musculorum membranas emissus, easque motitans, tendens, etc., eundem in modum etiam attrahit, uti jam attractio sit multò vividior et quasi duplex; cùm homo dormit, ea attractio remittitur utpote unicam duntaxat attractionis causam obtinens. Venis hoc modo exinanitis, etiam inanitur earum fons videlicet [g]) jecur, quo spatiola vacua acquirente, siccus ex intestinis per venas lacteas in eâ exprimitur. Venæ autem illæ tam sunt exiles ut in mortuo animali non appareant; et nisi

a) pas de parenthèses. — b) *carcer*. — c) le ms porte *alie* ou *alte*. — d) *attrahi*. — e) *per* omis. — f) *noctesque*. — g) *viz.*

* * *

1) Cf. la note précédente.

tam essent exiles, non tantùm tenuior pars chili, sed etiam crassior transfundi posset, quod in venis multos morbos causaretur [1]). Post septem autem, credo [a]), horas à prandio, chilus ferè ad intestinum rectum pervenit, ibique id incipit vellicare et flatus putrescendo excitare, ita ut non pauci, antequam decumbunt, secedere coguntur [b]); mihi verò et plurimis alijs, ob consuetudinen, non talem affert molestiam hoc simplex excrementum ut ante tempus matutinum exonerare cogar. Tum verò duplex excrementum suâ multitudine intestinum id aggravat, quod in eo est acre aut flatulentum; jam non tam laxè habitans, latera ejus ex propinquo pungit et tendit, nam cœna tantundem ferè excrementi quàm prandium suppeditat. Cibus enim [c]) in cœnâ sumptus, non tàm brevi tempore ex ventriculo excutitur quàm dum homo obambulat etc., sed, ut antè dixi, circa horam secundam, aut, cùm cibus est concoctu difficilior, circa tertiam noctis ventriculus sese exonerat.

Sudor cur vigilantibus post tertiam noctis horam obveniat.

Qui autem post illam horam in lecto vigilat, ferè sudorem per universum corpus emitttet, quia attractio jam confertim fit ob accessum spiritûs in musculos, ita ut etiam tenuior pars chili per jecur et orificia venarum capillarium in carnes et cutem attrahatur, qui aliàs inter dormiendum per insensibilem perspirationen lentè solet exhalari [d]). De die verò, etsi eadem sit magnæ attractionis ratio, non sudat homo, quia non tam calidè tectus est et novo semper aeri occursat. Post septem igitur 8 vel [e]) 9 somnij horas, nihil ex intestinis venæ ampliùs accipiunt, sed partes circa ventriculum exinanitæ, alijs excrementis pituitosis implentur, atque ita vicinæ illæ partes sese exonerant in ventriculum et intestina. Tertia verò corporis regio per insensibilem perspirationem vacuatur usque ad prandium, quod nobis qui non ope<rantur> [f]) facillimum est ferendo. Qui verò ab horâ quintâ operantur usque ad | octavam, eorum carnes tam multo labore non tantùm ab excrementis liberantur, verùm etiam ipsæ difflantur et consumuntur, ideòque illi horâ octavâ esuriunt.

Lucubrationes quid mali attulerint mihi.

Cùm juvenis essem [2]), contigit ut hyberno tempore totas tres menses post cœnam usque ad horam primam, aut circiter, noctis legendo studerem. Atque animadverti, postquam aliquamdiù sedissem, pedes frigere, post verò eos calere, tandem verùm iterum frigere, ac tunc ibam cubitum, ubi iterum calescebant, et dormiebam ferè usque ad octavam aut nonam. Sed finitis ijs mensibus, manifestò sensi mentem

---

[a]) *credo* ajouté dans l'interligne. — [b]) *coggntur* dont les *gg* barrés. — [c]) *enim* leçon douteuse. — [d]) *exhalare*. — [e]) *ut*. — [f]) *ope* à la fin d'une ligne; *rantur* omis.

* * *

[1]) Selon le renseignement donné par l'auteur ci-après p. 290 la note présente aurait été écrite à l'occasion de la lecture de DANIELIS SENNERTI *Medicinæ practicæ Liber tertius, de Morbis ac symptomatibus infimi ventris, Wittebergæ, 1631* in-4° qui comprend une *Pars tertia* (*de Morbis mesenterij, pancreatis et omenti*), dont BEECKMAN lut le cap. 1, intitulé *de Mesenterio et vasis mesaraicis venisque lacteis*, où SENNERT parle de la découverte d'ASELLIO, dont il cite d'ailleurs, dans la *Pars quarta*, le *Liber de Venis lacteis*.

[2]) L'auteur envisage probablement l'époque de ses études à Leyde de 1607 à 1608 (cf. la *Biographie* au *t. I*, p. VI). Pour l'hiver rigoureux de 1607–1608, cf. l'*Avertissement au premier volume* (*t. I*, p. XXXVII, n. 2).

esse læsam, nec de ijsdem quibus antè tam acutè disserere quibam[a]), ideòque totius anni vacationem à studijs mihi indixi.

Ventriculo pleno cur externa frigeant.

Ratio cur frigerent pedes est quia cùm cibus in ventriculo coquitur, totius corporis calor eo tendit. Nam cùm cibus, in ventrem immissus, non sit tàm calidus quàm partes corporis circa ventriculum sitæ, multæ necessariò caloris particulæ ex circumpositis partibus in poros cibi vacuos exprimuntur, multæque ex arterijs, quæ in partes illas immissæ fuissent, in cibum aberant. His autem vicinis partibus hoc modo aliquantulum evacuatis, externæ partes suum calorem (quatenus plus jam ejus habent quàm partes prædictæ) in illas effundunt, ideòque, minus caloris solito retinentes, frigere videntur. Hæc eo ferè fiunt modo quo antèhac [1]) glaciem fieri dixi circumpositâ nive sale mixtâ, circa vitrum aquâ plenum. Imò si lapidibus venter impleretur, etiam externæ partes frigefierent.

Cibo concocto cur externa caleant.

At cùm jam cibus coquitur, qui et ipse in se particulas caloris continet, eæ <particulæ> [b]) coquendo solvuntur <et> [c]) volitant primùm ex ventriculo per poros in totum corpus; deinde dum expelluntur tenuiora ex ventriculo (ut fit illis qui sæpè à mensâ ad mingendum coguntur surgere) et, ut antè [2]) dixi, per hepar in extima corporis attrahuntur, non mirum est pedes incalescere. Ubi verò hi ignes superficiarij, in tenuiori ciborum substantiâ delitescentes, absumpti sunt, et jecur ipsos humores jam accipit (qui magis sunt consistentes et sanguini faciendo apti, et in jecore novum iterum calorem, accipiunt) [d]), idem iterum fit quod modo dum cibus in ventriculo coqueretur. Et si quidem cibi calidissimi in ventrem ingerantur, nihilominùs tamen eadem quæ dicta sunt, contingent. Hîc enim calor statim per poros insensibiles secedit cùm non habeat a quo nutriatur; ignis enim foci eum introduxerat.

Expirationis et inspirationis differentiam examinare.

Hoc instrumento poterit aliquis differentiam expirationis et inspirationis examinare [3]). Nam *a b* aquâ repleto, siphunculum *c* vicissim aperi et claude, ad modum quo fit ægri inspiratio et expiratio. Idque continuò fiat, donec tota aqua effluxerit. Si enim siphunculus tubum claudit dum æger inspirat, eum verò aperit dum æger expirat, sitque numerus expirationum minor ante totalem aquæ effluxum quàm tunc, cùm in inspiratione siphunculus tubum aperiret, erat numerus inspirationum, patet inspirationem esse tantò tardiorem.



Fig. 54.

Poterit etiam ægri inspiratio et expi | ratio hoc modo conferri

a) *nequibam.* — b) le ms porte *eæque*, tandis que *particulæ* est omis. — c) *et* manque. — d) pas de parenthèses.

* * *

1) Cf. ci-avant pp. 190–191.
2) Cf. ci-avant pp. 268–269.
3) Pour un autre instrument, cf. *t. I*, pp. 196–197.

cum respiratione hominis sani. Si enim in ægro aqua citiùs effluxit, ejus inspiratio vel expiratio est [a]) celerior, etc.

Qui febre laborat quâ interiora ardere videntur, exteriora verò frigent, illis calor ille internus ex foco per poros ad stomachum etc. pervenit, non verò ex corde per apertos canales, arterias dico, diffunditur. Febris quâ interiora ardent, ratio et cura.

Proinde ut quis à tali febre liberetur, dabit operam ut calor per arterias egrediatur. Cùmque materia hujus febris in venâ ita est conclusa, ut ab eâ ad cor non sit manifestum iter, alterum excitabis calorem qui, per arterias in extima corporis dispersus, ad se etiam hunc latentem rapiet. Optimè autem calorem excitabis, si in lecto totum caput tegumentis operias, atque ita eundem ferè quem expirasti aerem, inspirando recipias. Sic totum corpus intus et extus calidum calorem illum latentem etiam discutiet et undique poros et vias aperiet quibus [b]) possit foras [c]) evolare.

Sic qui sudare desiderat, vigilans quiete, jaceat toto capite ut supra opertûs. Sic enim tàm diù ferè sudabit quàm volet, et cùm satis, superque ejus judicio, sudatum est, primùm nares frigido aeri committat; deinde tegmina minuat; tùm genua attollat, etc. Sudor quî commodè provocetur.

Æquè existimandum hoc pacto interiora nimis reddi calida, cùm ratio et experientia demonstret sic externa potiùs calida reddi; imò, cùm venarum oscula etiam in ore et ferè ubique desinant, senties et sitim, sudore circa os exeunte, et [d]) omnes ferè squalorem, minui.

Gerrit Houben [1]) ende Monsr Saumon [2]) hebben desen 23en April 1633 eenen volmeulen gepractiseert, met denwelcken sy voorgeven door één peert soveel te sullen doen als met de ordinare volmeulens door 3 peerden [3]). Volmeulen gepractiseert van Houben ende van my geexamineert.

Van haren volmeulen is het groot kamradt, daer het peert onder gaet, gelyck desen bygestelden circkel, ronsom met rollen, uytstekende ontrent eenen voet lanck ende eenen [e]) halven voet dick, op de manniere gelycker hier 3 geteeckent staen [f]). D'een rolle staet na gissinghe wel 2 voet van d'ander.




Fig. 55.

a) *et.* — b) *qua.* — c) *fora.* — d) d'abord *et in alia quæ*; puis *in alia quæ* barré. — e) *ende genen.* — f) *staet.*

* * *

1) Pour cet habitant de Dordrecht, cf. *t. II*, p. 351, n. 1 et ci-dessus p. 20.

2) Louis Sau(l)mon s'était marié vers 1623 avec Anna Tack qui, en 1622, ne demeurait pas encore à Dordrecht. Les deux époux, qui demeuraient, en 1627, dans une maison louée dans le „*Grootekerksbuurt*", firent baptiser à Dordrecht, entre 1624 et 1629 quatre enfants. Saulmon était probablement marchand, peut-être marchand de drap. Il vivait encore en 1650.

3) La machine avait donc le même effet que le moulin construit en 1626 à Rotterdam par les anciens compagnons de Houben (cf. *t. II*, pp. 354–355). Il y a été question d'un „volmeulen" déjà dans le second

Ick meynde [a]) dat haer intentie is door dese rollen het slepen ende wryven der tanden ende staven teghen een te verhinderen. Daer staet te observeren als een ordinaris kamradt wel gestelt is, ende dat met 10 pondt 50 pondt opgetrocken wort, of dan oock met 100 ℔, 500 ℔ opgetrocken kan worden. Ist so, so en groyt het wryven ende slepen niet dan naer advenant. Ende nadien het vast gaet dat de verhinderinghe van dit slepen int lichte niet en scheelt van 1 tot 3, so is haer intentie ongefondeert. Daerenboven so en verhinderen sy het slepen niet geheel, want also de staven int midden naest by het radt kommen, so slepen sy noch al lanckx de rollen heen ende weer, ende daerom maken sy se so lanck. |

Ten anderen so is het naecksel van de rollen te groot teghen haren asch. Daerom, ist goet datse voor hebben, so moesten sy geen rollen, maer wielkens maecken, dat is, hebbende eenen grooten diameter ende dunne ysere askens ende te anderen so moesten der hoe meer wielkens hoe beter syn, want dan moghense oock soveel smalder wesen.

Caput cur mihi doleat post esum cibi durioris.

Caput mihi solet dolere post cibum durioris concoctionis, præsertim post esum piscis et super cibum illum vini liberaliorem haustum ingestum.

Ratio etiam rei est quòd fundus ventriculi mei frigidior est. Cibus igitur diutiùs in ventriculo hærens, corrumpitur; cùmque illum fundus nauseabundus conatur eijcere, eum non adjuvat stomachus, quia corrupti illius cibi nidore non delectatur, ideòque se non comprimit accedendo, sed potiùs aperitur fugiendo et retrocedendo. Aperto illo et longiùs ab hoc chylo distante, non potest is per pylorum exprimi, sed a fundo ventriculi duntaxat concutitur, atque ita tenuiores partes ejus. Vapores facti, adjuvante etiam vini levitate, per apertum æsophagum etc. caput replent [b]) ibique cerebrum et præsertim meninges, quibus ultimò occurrunt, vellicando vexant.

Terræ motus

JOHANNES BAPTISTA BENEDICTUS *de Mechanicis*, cap. 14, sub finem [1]), dicit:

---

[a]) *meyde.* — [b]) *replet.*

* * *

article de l'octroi accordé le 18 mars 1626 (*cf. t. II*, p. 351, n. 1) et encore ci-dessus p. 20, HOUBEN croyant alors pouvoir faire des benefices à la draperie de Dordrecht (ci-avant p. 21, n. 1). C'était cependant à SAULMON seul que les Etats-Généraux avaient accordé le 10 septembre 1632, un octroi pour des moulins à cheval servant à moudre le blé et à fouler le drap ,,bestaende in een kamrat staende aen een asse in diametre 12 voeten, den staert ofte omganck van het peert 48 voeten in diametre, waeraen geappliceert een wentelassche lanck 18 voeten, aen d'een zyde een wigge ende aen d'andere zyde een kamrat om daeraen te appliceren een ander windelasse om het gaende werck aan te hechten naer eysch van het werck, hebbende aen d'extremityten een ventilion". Ayant appliqué à ce moulin une vis sans fin, l'octroi fut étendu le 29 juin 1634 (*Actenboek der Staten-Geenrael 1630–1635, fol. 137verso*). Il avait acheté, le 29 mai 1629, avec JACQUES CANIONCLE le jardin mentionné ci-dessus p. 169, n. 2; le 19 Février 1633 on en vendit une partie, excepté ,,tgene tot den meulen by den voorss. SAULMON gestelt, is behoorende". Le même SAULMON acquit encore le 4 avril 1635 un octroi pour une sorte de perpetuum mobile et le 7 mai 1650 pour un moulin à fouler le drap.

[1]) Le *de Mechanicis* constitue la partie qui commence à la page 141 de IO. BAPTISTAE BENEDICTI *Patritij Veneti Philosophi Diversarum speculationum mathematicarum et physicarum Liber. Quarum seriem sequens pagina indicabit. Ad Serenissimum Carolum Emanuelem, Allobrogum et Subalpinorum Ducem invictissimum*

in quibus (id est in lapidibus ex fundis jactis) *impetus motûs impressus, naturali quâdam propensione rectum iter peragit.* Et paulò inferiùs [a]) incedere per lineam rectam vocat *inclinationem a naturâ tributam.*

figurâ explicatus et cum fundâ collatus.

Verùm hujus rei ratio non difficulter reddi posse videtur, si illa, quæ ante hæc [1]) de tertio Terræ motu, quem *trepidationis* vocant, huic rei accommodaverimus.

Esto circulus ligneus *klim*, horisontaliter motus super centro *A*. Circumferentiæ verò alius circellus ita affigatur ut nullo negotio super centro suo moveri possit. Cùm igitur omnes circelli *ekd* partes eâdem vi moveantur, necessè est ut æquè celeriter procedant, nisi quid impediat; quod foret si circellus hic ita circumferentiæ majoris circuli affigeretur, ut ipse quoque moveri non posset. Jam verò pars ejus *d* æquè magnum circulum describet quam [b]) centrum ejus *k* [c]), nec majorem describet *e* pars à centro *A* remotissima. At moto circulo *klim* versus sinistram et circello ad *k* non fixo, necessariò *no* (lignum circulo affixum) [d]) premet circellum cùmque *d* singulis momentis longiùs ab *n* removeatur, volvitur ad lignum *no* versus *o*. *d* enim etiam versus sinistram, *e* versus dextram moveri videtur, cùm reverâ axis *de* quiescat.




Fig. 56.

Cùm ergo ut motum semel pergat moveri, tria requirantur, viz. ut partes moti omnes æqualiter moveantur eodem quo cœperunt ordine et versus eandem plagam, quæ tria in motu recto insunt. At circuli majoris partes interiores celeriùs moventur quàm exteriores, eaque pars quæ Austrum versus movebatur, nunc versus Septemtrionem movetur, etc. In circello verò ea pars quæ modo ante aliam movebatur, nunc eandem sequitur, quæque versus Austrum, nunc ad Septemtrionem movetur; ut hic solum celeritatem, sic ille solum ordinem servat. |

Existimat idem BAPTISTA capite 17° [2]) quò sæpiùs rota circumvolvitur vel funda antequam lapis dimittitur, eò majorem impetum lapidibus imprimi.

Funda vim accipit ab ultimo nixu, non à frequenti rotatione.

Quod nullomodo fiet nisi ultimo momento funda vel circulus celeriùs moveatur

---

[a]) d'abord *inferius vocat*; puis *vocat* barré. — [b]) *quam* deux fois. — [c]) d'abord *k vel*; puis *vel* barré. — [d]) pas de parenthèses.

* * *

(vignette). *Taurini apud Hæredem Nicolai Bevilaquæ, M.D.LXXXV. Superioribus permissum.* — in-fol., 428 pp. — Le cap. 14 est intitulé: *Quòd rationes ab Aristotele de octava quæstione confictæ sufficientes non sint.* Pour le passage cité, cf. p. 159 de l'ouvrage.

[1]) Cf. les passages indiqués ci-avant pp. 75, n. 6 et 229, n. 2.

[2]) *de Vera causa 12æ quæstionis mechanicæ* (d'ARISTOTE) aux pages 160–161 de l'ouvrage de BENEDETTI cité ci-dessus.

quàm priùs. Quod tàm primo quàm millesimo circumactu fieri posset, nisi commodiùs motus hic pedetentim a manu factus cresceret, secundùm illud antehac [1]) toties repetitum: *lapis e manu etc. emissus, non potest non perseverare in eo motu quem in manu existens habebat.*

In Dortrecht, 15en Mey 1633.

Corporum gravium casus contra Baptistam explicatus.

IDEM in *Disputationibus* [2]), cap. 2 [3]): *quælibet duo corpora, gravia aut levia, areâ æquali, similique figurâ, sed ex materiâ diversâ constantia, eodemque modo situm habentia, eandem proportionem velocitatis inter suos motûs locales naturales, ut inter suamet pondera aut levitates in uno eodemque medio servatura* [4]).

Contrarium tamen videbis in ijs quæ primùm per aerem, deinde per aquam descendunt. Quorum enim unum corpus per aerem duplò celeriùs cadit quàm alterum, id in aquâ adhuc multò majorem proportionem habebit ad alterum. Imò fieri potest ut levius corpus innatet. Ratio est, quia si aufers medij densitatem quæ unica est ab utrisque corporibus, nullo modo horum corporum proportio manebit. Ab inæqualibus enim æquale ablatum, facit quidem ut ea quæ restant, sint inæqualia [a]), sed eorum proportio mutatur, ita ut minoris ad majus proportio jam sit multò minor.

His adde quæ de proportione inter corporeitatem et superficiem hîc spectantia antehac [5]) proposui. Quod BENEDICTUS, capite 8° [6]), non animadvertit, cùm tamen ejus maximè interesse sæpiùs a me demonstratum est [7]).

Sic capite 10° [8]). Nam non tantùm corpora ejusdem materiæ, sed etiam materiæ diversæ ‹eâdem celeritate in vacuo cadunt› [b]), quia in vacuo superficierum non habetur ratio; ideòque non celeriùs cadet aurum quàm pluma [9]). Hinc enim ratio tantæ velocitatis corporum lucis, etsi admodum exiguorum, deducitur.

---

a) le ms porte: *æqualia*. — b) *eadem celeritate in vacuo cadunt* omis.

* * *

1) Pour le principe d'inertie cf. *t. I*, pp. 10, 24, 25, 44, 61, 117, 157, 167, etc.

2) Les *Disputationes* citées commencent à la page 168 de l'ouvrage de BENEDETTI.

3) *Quædam supponenda ut constet cur circa velocitatem motuum naturalium ab Aristotelis placitis recedamus*. Cf. p. 169 de l'ouvrage cité.

4) Pour la vitesse dans un milieu donné de deux boules de différente matière, cf. *t. I*, pp. 25 et 85.

5) Cf. *t. I*, pp. 31, 117, 171, 175, 176, 233, 239, etc.; *t. II*, pp. 29, 56, 58, etc. et ci-dessus pp. 49.

6) *Quod duo corpora inæqualia ejusdem materiæ in diversis medijs eandem velocitatis proportionem retinebant* (*o.c.*, p. 173).

7) Pour les vitesses de deux boules de même matière, mais de volumes différents tombant dans un milieu donné, cf. *t. I*, pp. 25, 31 et 175; *t. II*, pp. 276–277, 330 et ci-avant pp. 49 et 224.

8) *Quod in vacuo corpora ejusdem materiæ æquali velocitate moverentur* (*o.c.*, pp. 174–175).

9) En effet la thèse que *tous* les corps tombent dans le vide également vite, ne se trouve point chez BENEDETTI, quoiqu'on la lui ait souvent attribuée. Selon la thèse que GALILÉE avait énoncée (cf. ci-avant p. 224, n. 3), les vitesses de deux corps de même volume, mais de poids spécifiques différents, tombant dans le vide dont le poids spécifique est nul, seraient proportionelles aux poids de ces corps mêmes (cf. d*e Motu*, dans *Le Opere* etc., *ed. naz.*, *vol. I* (*1890*), pp. 281, 401 et 402). Il semble-avoir reconnu comme exacte la thèse sur l'égalité de ces vitesses avant 1626, dans un écrit qui ne fut publié qu'en 1718 (*Le Opere*, etc., *ed. naz.*, *vol. VI* (*1896*), p. 656). Cependant il ne la publia que dans ses *Discorsi* (*Leida, 1638*, pp. 72–73 et 75–76). Quant à BEECKMAN, cf. *t. II*, pp. 47, n. 4; 330; ci-dessus pp. 212, 224, n. 2 et ci-dessous p. 280.

Si hunc BENEDICTUM antehac vidissem, multa meis meditationibus non inseruissem, quia hic multa habet, quorum ipse prior author esse mihi videbar.

Mirum mihi videtur BAPTISTAM existimare, ibidem cap. 34 [1]), rarius corpus interdum aptiùs esse ad lumen reflectendum quàm densius, exemplo nubium et aeris. Verùm etsi tota nubes, ut est mixta aqua cum igni, rarior sit quàm aer, particulæ tamen aqueæ ad quas [a]) propriè lumen impingitur, aere crassiores sunt, ideòque duntaxat ascendunt quia admodum multæ particulæ igneæ, eas circumstantes, sursum vehunt. Lumen an ad rariora meliùs reflectatur

Multa BENEDICTUS scribit animadversione dignissima, nonnulla etiam nonnihil corrigenda, quæ mihi, obiter eum percurrenti, non vacat annotare. Ventus cur carbones accendat.

In *Epistolis* [2]) tamen, pag. 315 [3]), dicit ventum ideò accendere carbones, quia materiam excrementitiam [b]) quæ eos circumdat, aufert |, quod [c]) parum aut nihil ad hanc [d]) rem facit, sed, ut ante alubi [4]) scripsi, quia ventus, particulas ignis disijciens, intra poros carbonum trudit, atque ita velut aciculis aut cuneis poros separando, igniculos in ijs solvit.

Si cavitates sint in Terrâ [e]) infra æquilibrium aquæ marinæ [5]), cur eas aqua non impleret, cùm etiam per saxa et montes [f]) transudet aquæ pluvia non tantæ altitudinis ideòque nec tanti ponderis quàm ea quæ istis cavitatibus circumstaret? Quodque non fieret uno anno, fieret mille annis, cùm poros in ijs esse vix quisquam negare audeat. Et metallum esse totam Terram, per quod aqua nunquam transire posset, priùs probandum foret quàm illinc aliquid inferretur. Terra non habet cavitates infra æquilibrium aquæ.

Albedo nihil aliud esse videtur quàm lumen ab exiguis corpusculis specularibus reflexum. Ideò vitrum in pollinem album redigitur, et aqua in homogenea sua constricta fit nix alba etc. Albedo quid sit.

NICOLAUS TARTALEA in suis *Quæsitis, Libro primo*, Quæstione tertiâ pag. 11, in medio in editione Italicâ in Venetiâ 1546 [g]) [6]), dicit pilam, ex bombardâ explo- Globus explosus horisontaliter

[a]) *ad quam.* — [b]) *excrementiam.* — [c]) *quæ.* — [d]) *hunc.* — [e]) d'abord *terra cur e*; puis *cur e* barré. — [f]) *montibus.* — [g]) *1646.*

* * *

[1]) *de Raro et denso nonnulla, minus diligenter a Peripateticis perpensa* (*o.c.*, p. 192).

[2]) Ces *Epistolæ* commencent à la p. 204 de l'ouvrage cité.

[3]) *de Imperfecta solutione problematis Nicolai Tartaleæ ad Cardanum. De Animadversione in Ptolomæum. De Incendio carbonum a vento.*

[4]) Cf. *t. I*, pp. 192 et 274–275.

[5]) Pour ce sujet cf. *t. I*, pp. 8, 76 et 104.

[6]) *Quesiti et Inventioni diverse di* NICOLO TARTALEA *Brisciano. Stampata in Venetia per Venturino Ruffinelli ad instantia et requisitione et a proprie spese de Nicolo Tartalea Brisciano Autore. Nel mese di Luio l'anno di nostra salute M.D.XLVI.* — in-4°. La première partie est intitulée: *Il primo Libro delli quesiti et inventioni diverse di Nicolo Tartaglia, sopra gli tiri delle artiglieria, et altri suoi varii accidenti.* L'ouvrage fut plusieurs fois réimprimé „*con una giunta al sesto libro*" (*Venet.*, *1550*, *1554*, *1562*, *1572*).

an ob celeritatem levior sit.

sam, eò rectiùs procedere quò celeriùs movetur, quia quò celeriùs movetur in aere, eò levior est.

At rationem non reddit cur potiùs levior fiat cùm celerior [a]) quàm cùm tardior est, nam undique, tam supra quàm infra, æqualiter aeri occurrit. Et si motûs celeritas in hac re aliquid faceret, debebat turbo puerorum ,dum rotatur, in bilance minoris esse ponderis quàm cùm quiescit [1]). Videndum igitur an pila, dum volat, æquali tempore non descendat æqualiter motu gravitatis versus centrum, id est, uno minuto secundo unius horæ dum horisontaliter [b]) movetur, per tantum aeris spatium cadat, per quantum, si motu hoc [c]) careret, cecidisset [2]). Quod non difficulter experiri licet tormento in monte collocato et horisontaliter exploso, nam aliæ explosiones motum [d]) versus Terram obscurant.

Globus secundus explosus an fortiùs operetur.

IDEM, Quæst. 4a [3]), putat secundam explosionem, versus eandem plagam et in eâdem elevatione, esse fortiorem primâ, quia aer versus eam plagam jam est motus [4]).

At debebat post secundam aut tertiam explosionem, cùm jam humor omninò evanuisset, idem experiri idque versus plagas contrarias. Aer enim nimis tenuis est et nimis citò ad statum suum revertitur, et nimis parva in eo per pilam facta est fovea, ut id quod dicit, mihi videatur verisimile.

Explosio ultima ex bombardâ cur debilissima.

5ta Quæstione [5]), cur post multas explosiones ultima sit debilissima.

Comparatio ejus cum ventosâ non placet. Nimis parva enim videtur proportio hujus attractionis, tam exiguo in canali, ad vim pulveris. Sed malim hoc referre ad metalli per hunc calorem mollificationem, ob quam pulvere jam rarefacto, aliquantulum cedit, et idem patitur [e]) quod corpora ex alto [f]) in plumas, ligna, ferrum, etc. cadentia. Exigua enim cessio hîc multum demit de casûs vehementiâ. |

Pulvis pyrius cur granulis constet.

IDEM, *Libro* 2, quæst. 10 [6]), scribens de pulveris pyrij granulatione, non aliam causam reddit quàm ut commodiùs intra cavitatem sclopeti [g]) influat. Cùm tamen alio atque alio modo per majores poros granorum majorum quàm per minores minorum flamma transeat, <mihi dubium restat> [h]), ita ut necessarium videatur determinare in varijs casibus quanta grana esse debeant.

Planetarum

Multa antehac [7]) de corporum magnorum inter se connexione disserui et exis-

[a]) d'abord *celeris est*; puis *est* barré, mais *celeris* gardé. — [b]) d'abord *horisontaliter vel versus coelum*; puis *vel versus coelum* barré. — [c]) d'abord *hoc caruisse*, puis *caruisse* barré. — [d]) *motum* mot taché et peut-être barré. — [e]) *patititur*. — [f]) *alta*. — [g]) *slopetti*. — [h]) *mihi dubium est* manque.

* * *

[1]) Cf. *t. II*, p. 379.

[2]) Théorème publié par GALILÉE dans son *Dialogo* (*1632*), pp. 148–149. [3]) *O.c.* fol. 13*recto*.

[4]) Cette opinion, comme celle de la note suivante, fut encore admise plus tard. Cf. *t. II*, pp. 227, 252–253 et 253.

[5]) *O.c.*, fol. 13 *verso*. [6]) *O.c.*, fol. 36 *verso*.

[7]) Cf. ci-dessus pp. 126, n. 1; 216, 217 et 223.

timavi planetas quos vocant *primarios*, à stellis octavi orbis ad Solem cogi, Solem verò eos à se repellere, ita ut ibi, ubi vis æqualis est, necessariò hæreant [1]). Etsi enim unus duntaxat est Sol, infinitæ verò fixæ, quæ tamen propè illum sunt, plus ab illo unico quàm ab omnibus totius universi stellis patiuntur. Sol verò et ipse in eo quo nunc est loco, ab ijsdam fixis impulsus est, eo scilicet loco in quo omnes fixarum vires, simul junctas, æquè possunt ad illum de loco suo removendum; ideòque si potentia divina ad locum Saturni ferretur, naturâ manente ut nunc est, iterum ad eundem locum impelletur. At si in octavum cœlum ferretur, fieri posset ut inter fixas in aliquem locum cogeretur, ipse verò suo effluxu etiam omnes fixas vicinas ex suo loco aliquantulum expelleret. Sole igitur in suo loco hîc fixo supra axem suum movetur, sicut antè alubi [2]) diximus, eâque circumvolutione omnes planetas primarios circa se rapit. Hæc antehac sæpiùs.

inter se cur talis sit distantia.

At quo pacto Luna semper Terræ, et planetæ Medicei adhæreant Jovi, non memini me satis manifestè explicasse, nam cum KEPLERO attractionem magneticum [3]) hîc introducere tam diù non possum quàm sciam quo pacto magnes in vacuo ferrum attrahat, aut saltem quàm eum ibi etiam ferrum trahere certò certiùs intelligam.

Interim igitur statuamus aerem non esse tam paucum ut antehac [4]) dixi, sed ultra Lunam extendi, omnesque igniculos ex Terrâ exeuntes, usque ad hujus aeris superficiem cum nonnullo humore ascendere. Cùmque supra aerem sit vacuum, ulteriùs ascendere nescientes, ibidem colliguntur, igniculosque suos undiquaque proijciunt, quo fit ut non tantùm homines etc. Terræ adhæreant (hi enim etiam ab igniculis mediæ regionis, ubi sunt nubes, coguntur), verùm etiam ipsa Luna cum toto aeris globo Terram versus premitur, Lunaque usque ad Terram cogeretur, nisi tantum quotidie ex Terrâ effluviorum illam repelleret; homines verò usque ad Lunam pelli nequeunt quia nimis multam ignis supra caput eorum est.

Luna cur semper. Terræ adhæreat.

Hinc cometæ generantur cùm in superficie illius aeris tantum fumi collectum fuerit, ut Solis lumen per eum refringi debeat. Sic etiam ratio reddi poterit quo pacto motus Terræ annuus et diurnus simul juncti, | causæ sint non tantùm fluxûs et refluxûs maris, ventorumque statis temporibus flantium, verùm etiam motuum Lunæ qui cum maris motu conveniunt.

Nec putandum hanc aeris quantitatem nimis magnum esse cùm tantam tenuitatem habeat ut vix ulla inter eum et aquam reperiatur proportio. Nec mirum erit totum hunc aerem cum Lunâ mediante Terrâ circa Solem rapi, cùm Sol tam longè supra Lunam situs sit, ut vacuum inter hunc aerem et Solem adhuc tantum

---

1) Cf. notamment ci-dessus pp. 115–116 et 217–218.
2) Cf. ci-dessus pp. 102, 103–104, 108, 117, 143 et 165.
3) Cf. la *Pars III*, cap. 34 de son *Astronomia nova* (*1609*), citée ci-avant p. 73, n. 3, et de son *Epitomes astronomiæ, Liber primus* (1618), cité ci-dessus p. 116, n. 2, *Pars quarta*, pp. 93–102 et le *Liber quartus* (1620), cité ci-dessus p. 115, n.1, *Pars tertia*, pp. 517 sqq. On sait que GALILÉE et DESCARTES rejetaient toute attraction, comme aussi HUYGENS et LEIBNIZ qui la croyaient une renaissance des forces occultes appartenant à la physique chimérique.
4) Cf. *t. I*, p. 304, n. 2; *t. II*, pp. 3, 157, 230, 289 et 290; ci-dessus p. 253, n. 2.

sit, ut nihil phænomenis hæc meditatio sit ablatura. Nec magis necessè est hunc aerem propter motum Terræ circa Solem relinqui quàm [a]) aer a nubibus nostris usque ad nos relinqui antehac ostensum est. Sed suprema pars aeris quæ non scatet continuis exhalationum ibi subsistentium ventis, eodem motu movetur quo nostra aqua et ipsa Luna.

Gravia an cadendo semper motu crescant.

TARTAGLIA, *Libro primo* della [b]) *Nova scientia* [1]) prima [c]) delle comuni sentenze [d]) [2]) dicit: *quanto più un corpo egualmente grave verrà da grande altezza di moto naturale, tanto maggior effetto farà in un resistente.*

Quod longè aliter a me supra [3]) est demonstratum, ubi de puncto æqualitatis agebam; ubi enim ad illud punctum pervenit, pergit cadendo æqualiter. Sed in vacuo planè eo se habet modo quo hic putat, uti itidem antehac [3]) ostendi.

Stevyn Tartagliæ præfertur.

SYMON STEVYN in syn *Weechkonst* [4]) multò meliùs explicat quæ TARTALIA 8° Lib., prop. 5, primo Corollario *Quæsitorum* [5]) malè. Meliùs fortasse ratio trochlearum [e]) hoc modo explicabitur quàm BAPTISTA BENEDICTUS, *Mechan.*, cap. 21 [6]) eam explicat:

Trochlearum ratio.

Sit *e* affixum trabi; sic [f]) etiam *l*; reliqua sint pendula. Pondera ex *i* et *p* sint æqualia; virtus verò quædam ad *r* quæ funem *q* sustinet. Hæc virtus fert dimidium ponderis *p*; sic etiam *e* dimidium ponderis *i*, ast *l* sustinet utrinque dimidium. Si igitur ad *r* ponatur paulò major virtus quæ sursum spectat, ascendet *q*, *m*, *g*; sed cùm *k* non possit descendere, ascendet etiam *i*. Funis verò *no* descendet quidem, sed cùm virtus ad *r* sit paulò major quàm dimidium ponderis ad *p*, facilè erit illi [g]) attrahere funem per trochleam *p* ut pondus *p* etiam ascendat. Ergo utrumque pondus ad *p* et *i* simul ascendet per vim paulò majorem utrius quartâ parte. Hoc igitur modo quadruplum ferè tollet virtus.




Fig. 57.

[a]) d'abord *quam hic*; puis *hic* barré. — [b]) *di la.* — [c]) d'abord *secunda*; barré et *prima* écrit dans l'interligne. — [d]) *di communi sententie.* — [e]) *troclearum.* — [f]) *sit.* — [g]) d'abord *illi attollere*; puis *attollere* barré.

* * *

[1]) La première édition porte: *Nova scientia inventa da* NICOLO TARTALEA, *Vinegia, Steph. da Sabio, M.D.XXXVII*, mais BEECKMAN se sert plus probablement d'une édition postérieure: *Inventione di* NICOLO TARTAGLIA *Brisciano intitolata Scientia nova, Stampata in Venetia per Nicolo de Bascarini a instantia de l'Autore. 1550*, ou *Venet., 1551, 1553, 1558, 1562 et 1583.*

[2]) Fol. 4 *recto* de l'édition de *1550*.

[3]) Cf. *t. I*, pp. 150 et 174; surtout pp. 264–265, etc.

[4]) *Vierde stuck der Wisconstighe Ghedachtnissen. Van de Weeghconst.* etc. (pour le titre exact cf. *t. I*, pp. 1–2). *Beschreven deur* SIMON STEVIN *van Brugghe* (vignette). *Tot Leyden, by Ian Bouwensz. woonende op de hoogelantsche Kerckgraft. Anno CIↃ.IↃ.CV*, pp. 106–109.

[5]) Cf. fol. 90 *recto* de l'ouvrage cité ci-dessus p. 275.

[6]) *de Vera et intrinseca causa trochlearum* aux pp. 163–165 de l'ouvrage cité ci-dessus p. 272.

Cùm [a]) mensis Martius sit frigidior pro proportione quàm Januarius [b]) (secundùm id quod Belgicè dicitur *de Meert steeckt met syn steert*; præterea fingitur Martius dicere Januario *si tuo loco essem, totum mare glacie constringerem*, et Januarius [b]) Martio: *si ego essem tuo loco, tam multi nata | rent quàm medio æstate*; item: *het steertje van den Mey, het beginsel van de somer*; item *den koelen Mey*) [c]) cùmque post æquinoctium [d]) vernale tanta differentia oriri non potest duntaxat quia adhuc multi [1]) igniculi ex præcedente æstate relicti sunt (multi enim intercedunt dies et jam frigidi quibus procul dubio relicti igniculi avolarunt) [c]), necessè est [e]) rationem aliquam invenire per quam novi igniculi autumni potiùs [f]) quàm veris tempore restaurentur. Ver [a]) autumno frigidius ob motum Terræ.

Ea fortassis est motus Terræ per zodiacum. Verno enim tempore polus arcticus præcedit, unde fit ut aer relictus illinc ad nos venire videatur, quia nos illi occurrimus; autumni verò tempore polus antarcticus præcedit nosque idcirco aeri qui æquinoctalem spectat, occurrimus. Cùmque omnis motus impetum diutiùs servat, fit ut [g]) multò diuturnior sit fluxus ille post æquinoctia quàm ante illa incœperat. Cùmque nonnunquam res hæc aliter se habeat, præsertim in aliquot diebus aut septimanis, id fit quia extra ordinem halitûs, ex mari salso quod nobis ad Occidentem jacet, excitati, igniculos ex sale ad nos impellant; quo vento cessante, statim Septemtrionalis, vel Noortwest, aut Noortoost, revertitur.

Si Luna posset emergere ex aere Terræ, jam foret planeta primarius. At quò magis accedit ad hujus aeris superficiem, eò vehementiùs et pluribus petitur igniculis, in ejus aeris superficie volitantibus; et quò magis accedit ad Terram, eò magis idem ab illâ patitur. Necessariò igitur manet in eâ utrinque distantiâ in quâ nunc est. Luna cur suo loco maneat.

JOH. BAP. BENEDICTUS, *Disput.* cap. 2 [2]) ita de corporibus per aerem aut aquam cadentibus disputat ac si corpus, ejusdem cum aere aut aquâ gravitatis, eodem modo per hæc media moveretur quo per vacuum. Verùm oportet etiam celeritatis rationem in pleno habere quæ in vacuo [h]) habenda non est. In pleno enim, quò aliquid celeriùs movetur, eò pluribus eodem tempore corporibus occurrit. Hinc multa resiliunt ab ijs medijs quæ per ea, si tardiùs incedere liceret [i]), transirent. Hinc etiam fit quòd horisontalis motus etiam ab aere occurrente impeditur [3]). Motus in pleno multa habet impedimenta.

Sol eo modo quo Terram, etiam aerem, nubes, Lunam [k]) circa se rapit [l]). Igniculi Sol etiam

[a]) d'abord *cur sit*; puis *cur sit* barré. — [b]) *jannuarius*. — [c]) pas de parenthèses. — [d]) d'abord *æquinoctium multo sit calidius quam*; puis *multo sit calidius quam* barré. — [e]) le ms porte: *avolarunt ita ut necesse sit*. — [f]) d'abord *potius tanquam*; puis *tanquam* barré. — [g]) *ut* ajouté dans l'interligne. — [h]) d'abord *quæ non*; puis *non* barré. — [i]) d'abord *liceret caderent*; puis *caderent* barré. — [k]) d'abord *lunam igniculos*; puis *igniculos* barré. — [l]) le ms porte: *rapit excepto quod*, dont *quod* est barré, mais *excepto* est resté.

* * *

[1]) Ne faut-il pas lire: „*pauci*"?

[2]) *Quaedam supponenda ut constet cur circa velocitatem motuum naturalium localium ab Aristotelis placitis recedamus* (p. 169 de l'ouvrage cité ci-dessus p. 272).

[3]) Cf. ci-dessus pp. 275–276.

nostrum aerem, Lunam etc. circa se rapit.

verò undique disijciuntur aeremque et omnia quæ circa Terram sunt parte sui ad se, ergo ad Terram cogunt; totâ enim circumferentiâ aeris hujus volitant.

Hinc fit quòd ea quæ circa Terram sunt, ibidem maneant. Æquè enim celeriter omnia a Sole rapiuntur [a], at [b] quæ [c] motu Terræ diurno relinquuntur, hoc <raptum> [d] illa à Terrâ non potest dimovere. Sed hoc facit ut Luna et cometæ etiam singulis diebus occidant, quod non fieret si tam propinqui essent [e] quàm nubes. |

Nubium altitudo varia.

Nubes non ultra dimidiúm miliaris à Terrâ ascendunt, quia ibi aer est densissimus uti antè [1] dixi; hinc usque ad superficiem semper fit tenuior [2]. Quam tenuitatem causantur igniculi, à superficie summâ disjecti, qui tam multi sunt ut tam longè sensum sui afferant. Hæc magnitudo aeris fortassis in causâ est quòd authores de vaporum altitudine ita variant, nam quò nubes est levior, eò potest esse altior, quæ potentia durat usque ad summam superficiem, in quam igniculi ex Terrâ, non absque materiâ [f] aqueâ et terreâ, colliguntur.

Res omnes in vacuo æqualiter moveri possunt.

JOH. BAPT. BENEDICTUS, cap. 10 [3] dicit corpora ejusdem [g] materiæ, licet inæqualia [h], æquali velocitate moveri in vacuo.

At dicere debebat simpliciter [i] corpora quævis, id est ejusdem materiæ, diversæ materiæ, æqualia, inæqualia [4] etc. Nam omnia corpora ultimò in atomos dividuntur, quæ omnia sunt ejusdem materiæ. Figura verò hîc nihil mutabit, cùm nulla sit resistentia. Quin etiam, etiamsi corpora in homogenea sua duntaxat dividerentur, nihilominus tamen æqualis ictus igniculorum, qui etiam homogenea pervadit, vel virtus promovens, quæ omnes particulas simul et æqualiter movet, nullam [k] potest mentibus nostris imprimere inæqualitatis differentiam, cùm in vacuo semel ita motum, ita semper pergit moveri.

Ventus interdum est causa frigoris et contrà.

Quod IDEM, *Disp.*, cap. 4 [5], de vento dicit, id sæpè verum est in subitaneis venti mutationibus, nam et ipse sæpè animadverti in vicinis locis ventum esse diversum. Nubes enim ab aliquo loco aeris radios Solis avertens, fit ut igniculi ejus loco avolent, atque ita aer ibi condensetur, unde in loca vacua quæ ibi forent, undique alius aer [l] impellitur, unde ventus omnis flat versus illum locum. Hoc, inquam, fit eo tempore, quo ventus major hunc offuscans, aliunde non venit.

Nec negandum magnos etiam ventos, ubi integræ regiones ob vapores ascenden-

---

[a]) *rapiunt.* — d'abord *rapiunt excepto*; puis *excepto* barré. — [b]) le ms porte: *nam.* — [c]) *quo.* — [d]) *raptum* manque. — [e]) *est.* — [f]) d'abord *materia id est*; puis *id est* barré. — [g]) *ejus.* — [h]) il semble que le ms porte *coæqualia*, dont le *co* (à la fin d'une ligne) est barré sans que *in* fût écrit à la ligne suivante. — [i]) *simplicer.* — [k]) *nulla.* — [l]) d'abord *aer expi*; puis *expi* barré.

* * *

[1]) Cf. *t. II*, p. 306; ci-avant p. 140 et les passages indiqués pp. 253, n. 2 et 277, n. 4.

[2]) Cf. la note 2 à la page 304 du *t. I*.

[3]) Cf. ci-dessus p. 274 avec la note 8.

[4]) Cf. ci-dessus p. 274, n. 9.

[5]) *Oscitanter ab Aristotele nonnihil prolatum cap. 8, Lib. 4 Physicorum* (p. 170 de l'ouvrage cité ci-dessus p. 272, n. 1).

tes etc., frigidiores fiunt, propter hanc causam spirare, ita ut ventus causa interdum sit frigoris, cùm ob aeris aut exhalationum rarefactionem producitur, interdum verò frigus venti, cùm fit propter aeris condensationem, uti jam dictum est. Illic fit frigus cùm ventus est Orientalis, quia igniculi aeris ad mare per ventum pelluntur, et calor, cùm ex mari salso ad nos igniculi veniunt, idque pro diverso regionum situ [a]), mutatur. Sic etiam, si aer condensatur in parte à nobis Orientali, ventus ab Occidente nobis affert igniculos salis; si in Occidente aer ab Oriente veniens in [b]) locum illum condensatum, dum nos transit, secum rapit igniculos qui in nostro aere volitabant, vel potiùs noster aer versus Occidentem vadit ut locum ibi impleat et Orientalis in hujus locum succedit. Ast ubi Mediterraneus aer ob silvas, aut sulphureas exhalationes, calidior est aere maritimo, contrarium fieri debet. |

Contra fluxum et refluxum GALILEI [1]) per motum Terræ duplicem soleo objicere, hoc posito, oportere ut Sole versante in Cancro, ventus Orientalis sit maximus noctu. Tunc enim ibi motus diurnus cum annuo concurrit; Sole verò existente in Capricorno, idem de die fiat ob causam eandem. Quod tamen fieri non video. *Da, Quintiliane, colorem* [2]).

Fluxus et refluxus Galilæi notatus.

Hoc modo fieri poterit een steeckpompe dewelcke door de buysen, die opgaen, het water steeckt, sonder datse door het suyghen eenighen last lyden. Hetwelck dient om steene buysen daeraen te maken, die het suyghen so wel niet lyden en konnen, omdat het cement lichtelick loswagghelt ende dan worter locht in de pompe getrocken.

Steeckpompe dear de buysen door het suyghen niet en lyden.

De pompe sy *a b*. Daeronder staet een clappe *i*, dewelcke opengaende, het water van onder of van terseyden onder het dekselken in laet. Den suyger *h*, opgetrocken synde door den stock *ef*, so gaet het dexelken aen *i* open, ende den suygher *h* speelt tusschen *i* ende *c*. Ende het leer is boven aen dien suygher; ergo so en kan *cd* van dit suyghen geen last lyden, maer het water ryst al pompende in de buyse *cd*, so hooghe alst in de pompe getrocken wort. Maer aen denselfden stock *ef* is noch eenen anderen suygher, wiens leder onderaen de suygher is, dewelcke moet spelen tusschen *c* ende *a*; ende alsse neergaet, so stootse het water door *c* ende door *d* wegh. Ende welcke om die klappewille niet weerom en kan.



Fig. 58.

a) d'abord *situ alio atque*; puis *alio atque* barré. — b) le ms porte *id*.

* * *

1) Exposé dans le manuscrit dont l'auteur avait eu connaissance par son ami COLVIUS (cf. ci-dessus pp. 171 et 205).

2) Adaptation de JUVÉNAL, *Sat. VI*, 280. QUINCTILIEN, rhéteur célèbre, né en Espagne, tint école publique à Rome. Il fut le maitre de PLINE le jeune.

D'occasie hiervan gaf my den 22en Mey 1633 de huysvrouwe van den ontfanger Mr JACOB DE WITT [1]), die my vraeghde [a]) of [b]) haer pompe so niet en konde gemaeckt worden dat het niet van noode en was het water eerst door de pompe *lm* op te pompen ende dan wederom neder te laten door een buyse, ende so voorts door *nop* in haer huys.




Fig. 59.

Ægra [2]) hæc benè digerit, excernit, et cætera omnia munia naturalia benè obit, et tamen paucis septimanis tres digitos crassior facta est; mensura sumpta est ad umbilicum. Post principium hujus morbi incidit in tantam febrem ut (quicquid conaretur medicus [b])) ab omnibus amicis pro desperatâ sit habita; sæpissimè animo deliquium patiebatur, multisque clysteribus usa est. Cùmque his omnibus crassities ventris subdidere debuisset, mansit tamen ejusdem ferè (mensurâ sumptâ ad umbilicum) crassitiei; pondere verò 11 libris diminuta est. Cùm enim sana esset, pondus ejus erat 145 ℔; post morbum die 28 Augusti 1633, erat pondus 130 ℔; paulò antequam nuberet [3]), etiam 134 ℔. Post morbum, id est ab 28 Aug. Aug. usque ad 28[en] Sept., crassior facta est 4 digitos.

[a]) *partius.* — [b]) *medicum.*

* * *

tristissimâ et pene funestâ illâ nocte, cùm omnes fatalem illius lectissimæ fœminæ terminum instare metuebant et natura et ars jam defecisse omnibus videbatur qui aderant". Ces soins eurent un tel succès ,,ut, cùm tardiùs è castris accederet ejus avunculus, excellentissimus D. Vallensis, medicus Principis, et (ut vocare soles) princeps medicorum, suppetias post victoriam laturum se venisse diceret" (JOH. BEVEROVICII *Epistolica quæstio de Vita termino fatali an mobili, ed. sec., Lugd. Bat., 1636*, pp. 166–167). Cette maladie semble avoir été enrayée le 28 août 1633, mais elle fut suivie par l'hydropisie mentionneé déjà ci-dessus pp. 296–298 (cf. pp. 313 et 314).

[1]) Cf. ci-dessus pp. 212–213 et 218–219.

[2]) Il s'agit encore de la maladie de la femme de JACOB DE WITT qui fit beaucoup de bruit, non seulement parmi les amis de la malade, mais dans toute la ville. Cf. la note précédente.

[3]) ANNA VAN DEN CORPUT s'était mariée le 9 octobre 1616, à l'âge de dix sept ans.

Purgationibus ipsum malum non excernitur per alvum.

Si verum dicit COLUMBUS [1]) (quem in comparatione venarum mesaraicarum SENNERTUS [2]) malè videtur citare, quasi earum valvulæ aliter quàm in lacteis sitæ forent) videlicet [a]) valvulas venarum mesaraicarum versus jecur aperiri et ita claudi, ut nihil ex ijs in [b]) intestinis excidat, idemque de venis lacteis ASELLIO [3]) credamus, nulla unquam legittima per eas purgatio instituitur, sive lacteæ [c]), sive mesaraicæ obstructæ fuerint, nisi velimus valvulas rumpere, quod postea in œconomiâ hac, quantum mali sit allaturum, facilè videre est. Sola igitur eccoprotica præscribenda, nisi ex arterijs ad intestina exitus patere inveniatur; aliàs, uti dixi, solis diureticis hæc vitia tollenda sunt. |

Venæ lacteæ an sint.

Hinc etiam conijcere contingit venas lacteas per anastomoses in portæ ramos ingredi atque ita dubia SENNERTI de trunco in lacteis desiderato solvuntur. Neque absurdum foret etiam mesariacas [d]), uti ex carnibus mesenterij sanguinem ab arterijs excussum, sic etiam aliquod genus vel partem chyli ad hepar deferre.

Juffr. de Wits morbi historia.

28[en] Aug. 1633 woegh juffrouw DE WITT 134 ℔; 6 weken daerna met deselfde kleeren woeghse 153 ℔, beyde tyden nuchteren. Doen sy 134 ℔ woegh, was haer buyck al dick ende is veel magerder dan doen sy was vóór haer sieckte, van welcke sieckte sy rechts voor desen 28[en] Aug. genesen was, als vooren geseydt is, sodat haer moeder [4]) gist, dat se nu wel 15 ℔ magerder is dan alsse heel wel was, over een half jaer of so; maer syselve gist het maer op 10 ℔.

Leucophlegmatiam spiritu vini curare ut et asciten.

21[en] Octob. [5]) woegh sy haer in Den Haghe, ende was so swaer als laestleden te Dort, ende oock even dick ende heel wel te passe.

Auctor eram marito ut ventrem spiritu vini fortissimo illineret et foveret. Is enim, cùm nihil aliud sit quàm ignis caloris corporis, in tenuem ignem convertetur. At ita subintrans cutem abdominis ipsaque orificia venarum mesaraicarum (quia ob tenuitatem suctioni quam cor suâ diastole causatur, magis obsequitur), eas aperit, atque, ad cor tractus, secum rapit ea quæ venas illas obstruebant;

---

[a]) *viz.* — [b]) le ms porte: *ex.* — [c]) *lactiæ.* — [d]) *mesaricas.*

* * *

[1]) REALDI COLUMBI *Cremonensis, in almo Gymnasio Romano Anatomici celeberrimi de Re anatomica libri XV* (le tout encadré d'une grande illustration), *Venetijs, ex typographia Nicolai Bevilacquæ. 1559. Cum privilegijs.* (colophon: *Venetijs in vico Sanctæ Marinæ, ex typographia Nicolai Bevilacquæ Tridentini M.D.LIX*). — Lib. VI, de Jecore et venis, p. 165.

[2]) Cf. son ouvrage cité ci-dessus p. 269, n. 1.

[3]) Pour la découverte d'ASELLI, cf. ci-dessus p. 289, n. 4.

[4]) Cette mère s'appelait MARIA BUYSEN, née en 1578, fille du Dr. CORNELIS BUYSEN ANTHONISZ. (échevin de Bréda, médecin du prince MAURICE) et de MARIA HANECOP, dite VAN DUIVENVOORDE. MARIA BUYSEN s'était mariée le 13 mars 1597 avec JOHAN VAN DEN CORPUT, échevin de Bréda qui mourut en 1618. Sa femme mourut le 13 février 1636.

[5]) Dans la note précédente, où il parle de „six semaines après le 28 août", l'auteur avait indiqué la date du 9 octobre. Ci-dessous (p. 315) il continue ses notes ordinaires à partir du 14 octobre .Ceci mène à supposer que le reste du feuillet actuel 425*recto* était d'abord resté en blanc et que l'auteur n'a continué que plus tard ses notes sur la maladie qui l'intéressait. Nous avons mis ces notes intercalées (que l'on peut difficilement séparer des autres sur ce sujet), entre traits horizontaux.

imò etiam ea quæ in poris carnium latebant, solvit ac diluit et attenuat; cum ijs in orificia venularum tractus, per venam portæ, jecur, cavam, dextrum ventriculum cordis, pulmones; sinistrum ventriculum cordis, arterias, et inde in totum corpus cum reliquo sanguinis spargitur. Et si convenientia vesicæ et renibus remedia adhibeantur, ut id quod [a]) eo pervenit, totum ibi hæreat, potissima mali labes per urinam excernitur. Exemplo nobis sint ulcera et vulnera digitorum quæ tali spiritu vulgò curantur, digito in vas spiritu vini plenum immisso; diutiùsque in eo retento, omnis labes extrahitur, quia id quod [a]) ob ulcus compressum, obstructum et tenax nimium erat, attenuatur, quodque [b]) per venulas trahi potest, in venarum sedem abit; reliquum [c]) jam a pororum lateribus liberum in vas excidit.

Gravedo, pleurites, multique alij morbi creantur quia partes musculorum, vel carnium, frigore compressæ [d]) etc., ita arctantur ut sanguis qui [e]) ex arterijs in carnes mittitur, per venas redire non possit. In magnis obstructionibus totus sanguis in carnibus restitat, in alijs sola pituita quæ est ejus pars crassior. Morborum multorum generatio unde.

Cùm hæc ægra tympanitide a D. BEVERWYCK laborare judicabatur [1]), ego [f]) existimabam averso vultu equitate vel curru aperto vehi curare illam, quia defectu aeris minùs attrahitur quàm expiratur.

26en Oct. illa ad maritum scripsit, se singulis diebus duos duntaxat haustûs vini bibere, duplum verò urinæ reddere, seque fieri graciliorem meliùsque valere. Leucophlegmatia curatur si multum urinæ reddas ut et ascites.

7en Nov. woegh sy 6 pont min danse 3 weken te voren gedaen hadde, ende adhuc plus urinæ reddit quàm bibit vini. Idemque etiam hoc 17° Novemb. continuatur, ac semper se habet meliùs, ut videatur materia morbi per urinas evacuari, sicut prædixeram, cùm ex mesenterio ad intestina nulli meatûs aut ductûs extendi videantur. — Verte 4 [2]). |

14en Oct. 1633.

CHRISTOPHORUS SCHEINER, *Rosæ Ursinæ. Lib. 2*, cap. 19 [3]), dicit »*rotulas vitreas* Vitra aspera

a) *quo.* — b) *quoque.* — c) *re* (à la fin d'une ligne) *quum.* — d) *compresso.* — e) *quod.* — f) d'abord *ego obverso*; puis *obverso* barré.

* * *

1) Cf. ci-dessus p. 312.

2) Cf. ci-dessous p. 321, où se continue l'histoire de cette maladie. — Après le présent fol. 425*recto* suit aux fol. 425*verso* et 426*recto* une relation de la maladie et de la mort d'ABRAHAM JANSZ DU BOIS à Rotterdam, beau-frère de l'auteur. Ces notes qui vont du 5 ou du 28 septembre au 30 octobre 1633, ont été, semble-t-il, écrites successivement sur des pages laissées d'abord en blanc, puisque le fol. 426*recto* se présente encore au tiers vide. Nous reproduisons ces notes dans l'*Appendice* à la fin de ce volume. En attendant, l'auteur avait continué ses notes ordinaires à fol. 426*verso*.

3) *Rosa Vrsina, sive Sol ex admirando facularum et macularum suarum phænomenon varius, necnon circa centrum suum et axem fixum ab Occasu in Ortum annua, circaque alium axem mobilem ab Ortu in Occasum conversione quasi menstrua super polos proprios, Libris quatuor mobilis ostensus a* P. CHRISTOPHORO SCHEINER *Germano Suevo e Societate Jesu ad Paulum Jordanum II Vrsinum Bracciani ducem* (figure). *Bracciani, Apud Andream Phæum typographum ducalem. Impressio cœpta anno 1626, finita vero 1630. Id. Junij. Cum*

au plus luminis transmittant politis.

fenestrarum asperas et minùs continuas plurimum quidem luminis ex illâ perturbatâ radiorum et specierum congerie afferre, at distinctè parum aut nihil».

Ego verò inquam minus [a]) luminis transire per vitra hæc aspera quàm per eadem exactè polita. Multi enim radij ab illis vitris reflectuntur qui hæc transeunt. Usui tamen illa esse possint ne ea quæ intus sunt, ab exteris tam benè videantur.

Vitri vitia in puncto concursûs positi cur appareant.

IDEM, cap. 20 [1]). Respondeo ad ejus dubium intricatum [2]) cur vitia lentis in puncto concursûs appareant, nihil autem reliquorum, nempe quia tum unus duntaxat punctus videri posset. Hic enim solus totam pupillam occupat; ubique ejus omnes radij secti in totam retinam divergunt. Cùm igitur nihil extra vitrum videatur quo oculus occupetur, non est mirum vitri partes in retinâ manifestè apparere; hujus enim puncti penicillus per nævos vitri aliter suos radios transmittit quàm per partes mundiores, ergo etiam aliter retinæ apparent. Ab immundis enim non afficitur, sed tanquam umbræ ei videntur, etc.

Vitri pars aversa an nitidiùs reflectat.

Eodem cap. Miror illum regulâ 3 [3]) existimare lucem nitidiùs reflecti a vitri parte aversâ quàm ab illâ ad quam lux primò appellit. Plures enim radij ad primam quàm ad aversam veniunt, nam omnes qui ad aversam sunt venturi, primùm ad primam venisse necessè est. Palam etiam ab eâ superficie densius radium reflecti ad quam plures impingunt, cæteris paribus. De superficie aversâ stanno etc. obducto, jam non loquor uti nec ille loquitur.

Notæ musicæ per modorum notas nominandæ.

De notarum in canendo mutatione sic sentio. Cùm 12 modorum sex tantùm sint notæ principales, id est cùm in primo et secundo modis in tribus locis principalibus semper *ut* cani possit, id est, etiamsi tres notæ hæ principales sint *ut sol fa* — nihilominus tamen hoc *sol* et *fa* interdum solent in hisce modis in ascendendo vel descendendo in tenore, basso, superiore [b]) vel contratenore in *ut* converti. Hinc videre est tres hasce notas posse esse *ut*; imò interdum, uti dixi, practici docent *sol* et *fa* debere esse *ut*.

Igitur ego consulo omnibus ut ibi in hisce modis nunquam canant *sol* aut *fa*, sed semper *ut*. Sic modi natura patebit, et semper ob oculos versabitur, ac sonus unus [c]) *ut* duntaxat memoriâ tenendus. Nec id pariet confusionem quia duo *ut* extrema octavam ab invicem distant; medium verò ab inferiore per quintam, à superiore per quartam. Estque hæc memoria facilior quia in toto hoc cantu aut modis hisce

---

a) d'abord *minus multo*; puis *multo* barré. — b) *superio.* — c) *uniat* ou *uniut*.

* * *

licentia Superiorum, — in-fol.; p. 97*b* (au chapitre intitulé: *Difficultates e vitris tubi earumque remedia*). BEECKMAN avait reçu cet ouvrage par l'intermédiaire de MERSENNE; cf. sa lettre au Minime du 30 mai 1633 au *t. IV*.

1) *O.c.*, pp. 99–103 (*Ad discernendas bonas lentes, regulæ practicæ*).

2) P. 100*a*.

3) *O.c.*, p. 102*b* (*Collocatio lentium in genere et ad eandem necessaria*)

nullubi quàm hisce locis *ut* cani potest. Sic in tertio et quarto modis qui sunt primus et secundus GLAREANI et Veterum, semper est *re*, et sic in cæteris.

Ab hac regulâ excipere poteris interdum notas fusas quæ ob celeritatem et diminutiones meliùs communi omnibus modis modo canendi sunt. Exempli gratiâ [a]), cùm modi nota est *sol*, fit ut celeriter canendum sit *mi re ut re mi* [b]), ubi loco *ut* incommodè *sol* caneretur, quia hæc diminutio in singulis modis deberet differre cùm jam omnibus modis sit communis. Quod expeditum est in citatis notis. |

Iris nunc tantùm secunda aut ad summum tertia videtur nudis oculis, at per telescopium procul dubio etiam quarta etc. videbitur. Nulla enim ratio est cur non eo modo ex tertiâ fiat quarta, quo ex secundâ tertia et ex primâ secunda. Semper tamen debilior, ita ut quarta per solum telescopium appareat.

Iris quarta per telescopium videnda.

Maculas in Lunâ nunquam videri meritò aliquis miratur, cùm ratio nulla sit cur non æquè ex Lunâ quàm ex Sole et Terrâ vapores et halitûs exire possint. Dicimus ergo esse quidem in Lunâ nubeculas, sed Solis radij ab ijs etiam repercutiuntur; et lux, a locis sub illis repercussa, per nubeculas transiens et cum repercussâ a nubeculis hisce conjuncta, ad nos veniens, exiguam differentiam apud nos parit ab eâ luce quæ ab alijs locis Lunæ ubi tales nubeculæ non sunt, repercutitur, ideòque a nobis hæ nubeculæ videri non possunt nudis oculis. Quid verò per telescopium fieri possit videndum. In Sole verò, cùm lux per quam Sol videtur, ex ipso Sole veniat, non mirum est, si magna sit differentia inter loca Solis ex quibus ignis exit purus et ea ex quibus exit halitus, necdum in ignem conversus.

Maculæ in Lunâ cur non appareant.

Tot pensionaris CATS [1]) aen tafel wert my gevraeght van mynheer BEVERWYCK [2]) waerom dat een klompe suycker, in eenen roomer wyn gedaen, also dat se een vynger breet, 2 of 3, boven den wyn uytsteeckt, evenwel tot boven toe nadt wert.

Sacharum in vino cur etiam id quod supra vinum extat, madeat.

Ick antwoorde dat de wyn door syn swaerte in de suycker treckt so verde alse onder de suycker [c]) is. De wyn, daerin synde ende oock plaetse moetende hebben, stoot de suycker daer vaneen ende maeckt dat se klieft. Dewyle dan hetgene boven de wyn is, continuum ende aeneen is [d]) met het onderste, so splydtse boven de wyn oock ende maeckt daer ledighe plaetsen van onder opwaerts, gelyck men int houdt klieven siet gebeuren dat het splyten begint ende grootst is daer de spie begint. Daerom en wort de locht van boven daer niet ingeperst, want het en is boven noch

[a]) *ex. g.* — [b]) d'abord *ut mi fa sol*; puis *mi fa sol* barré. — [c]) le ms porte: *wyn*. — [d]) *in*.

* * *

[1]) A son sujet cf. *t. II*, p. 39. Ajoutons que JACOB CATS, devenu pensionnaire de Dordrecht en 1623, fut en 1626 bibliothécaire de la ville et en 1628 curateur de l'école latine. En 1627 les Etats- Généraux l'avaient envoyé comme ambassadeur en Angleterre, où il resta encore, de mai 1631 à janvier 1632, pour s'occuper de drainages. De septembre à décembre 1630 CATS avait été grand-pensionnaire intérimaire de Hollande, puis, à nouveau en 1634 et en 1635; enfin pensionnaire à vie à partir du 4 juin 1636.

[2]) Pour le médecin JOHAN VAN BEVERWYCK, cf. ci-dessus p. 312, n. 5.

niet open, maer den wyn van onder door de spleten. Aliter de spongiâ supra aquam madidâ locutus sum, quod vide [1]).

Telescopium promovere.

Si quis faceret telescopium undique exactè clausum ita ut nec circa vitra ullus aer ingredi posset, aeris verò nonnihil ex tubo extraheret et quantum ferret laminæ, ex quâ tubus factus est, fortitudo, radij per illud vacuum, vel minorem aerem, euntes, minùs perirent ad aerem repercussi; cùmque ob transitum per vitrum priùs pauciores sint, aliquid fortassè sensibile efficeret horum radiorum conservatio. Contrarium faceret tubus aquâ plenus, quòque aqua foret densior, eò plus de radijs periret.

Quod operæ pretium foret experiri, ut D. DES CARTES [2]) opinio refuteraretur, ubi existimat eò fortiores fore radios, quò per densius medium transirent [3]). Nisi dixerit aliud esse medium densius, aliud plus medij [4]). |

Radij post concavum telescopij vitrum cur divergant.

In telescopio radij per vitrum concavum ante punctum concursûs positum, vel per alterum convexum post illud ita positum ut homo exactè videre possit aut ut maculæ optimè appareant — radij, inquam, non convergunt ut SCHEINER vult [5]). Nullus enim homo unius penicilli concursum sentiret; oculus enim ita a Deo factus est ut omnes radij ab uno puncto visibili in pupillam cadentes (qui necessariò divergunt), in retinâ conveniant. Concavum igitur vitrum in telescopio facit ut in videndo radij divergant. In maculis examinandis tubus aliquantulum extrahitur fiuntque ob id radij omnes unius puncti visibilis, sive penicilli, ubi concavum perfoderint, inter se paralleli, uti antehac alubi [6]) scripsi.

---

[1]) Cf. *t. I*, pp. 238–239; *t. II*, p. 106 et ci-dessus pp. 204–205.

[2]) DESCARTES, qui était encore chez son ami RENERI à Deventer, quitta cette ville tout à la fin de 1633 ou plutôt au printemps de 1634, pour se fixer alors à Amsterdam. Les relations de BEECKMAN et DESCARTES à cette époque semblent confirmées par le fait que c'est par l'intermédiaire de BEECKMAN que son ami STAMPIOEN à Rotterdam (cf. pour lui *t. II*, p. 219) proposa à DESCARTES un problème de mathématiques dont il sera question au *t. IV*.

[3]) Pour cette opinion de DESCARTES, cf. ci-dessus pp. 250, n. 4 et 286.

[4]) C'est peut-être déjà à son *Monde* (que DESCARTES termina à Deventer) qu'appartient le passage suivant, inséré dans sa première publication, où il écrivit, en changeant un peu sa première opinion, ,,que d'autant que les petites parties d'un cors transparant sont plus dures et plus fermes, d'autant laissent-elles passer lumiere plus aysement'' (*Discours de la Methode, Leyde, 1637, la Dioptrique*, pp. 23–24). On sait que NEWTON admit plus tard, comme BEECKMAN, une théorie d'émission de la lumière. Contrairement à BEECKMAN (cf. ci-dessus p. 27), il supposa cependant que le milieu plus dense attire les corpuscules lumineux et arriva ainsi à la même conclusion que DESCARTES, à savoir que la vitesse de la lumière serait plus grande dans un milieu plus dense. Ces conclusions furent refutées par les expériences de FOUCAULT (*Compte-rendus de l'Acad. des sc., t. XXX (1850)*, p. 551 et *Annales de chimie, et de phys., Série III, vol. XLI (1854)*, pp. 129–164).

[5]) Déjà KEPLER avait demontré dans sa *Dioptrice* de *1611*, Prop. 86, p. 42 qu'on pouvait remplacer l'oculaire divergent de la lunette hollandaise par un oculaire convergent, mais il n'avait pas mis en évidence tous les avantages de la substitution et notamment l'accroissement du champ qu'elle procure. En renvoyant aux cap. 20–26 de son *Oculus* de *1619* (cf. ci-dessus p. 150), le P. SCHEINER avait déclaré à la page 130 de sa *Rosa Ursina* que BEECKMAN avait sous les yeux, qu'il avait construit un appareil semblable en 1613 et qu'il s'en était servi pour l'observation des taches solaires dès 1625. Toutefois les lunettes astronomiques (qui montrent l'objet renversé) n'entrèrent pas en usage avant le milieu du dixseptième siècle. Pour ces télescopes cf. ci-dessous p. 319.

[6]) Cf. ci-dessus pp. 121 et 172.

Per exiguum foramen, myopes præsertim, acutiùs videmus, quia radij qui per exiguam partem pupillæ mediæ transeunt, longiùs concurrunt. Sic oculis conniventibus meliùs videmus. Sic etiam si partem [a]) pupillæ digito aut alio quovis opaco tegamus. Eo enim modo diversus radiorum concursus per diversas pupillæ partes vitatur.

Myopes cur per exiguum foramen meliùs videant.

Ut signum habeas tuæ vel filij tui, præsertim pueri, valetudinis, accipe canem, qui nihil ferè aliud edat quàm pueri excrementa. Is ab ijs abstinebit cùm puer ægrotat vel ægrotaturus est.

Ægritudinis futuræ signum.

In telescopio ex duobus convexis constructo [1]) diaphragma collocandum est in ipso concursu radiorum, nempe ubi charta in speciebus excipiendis debet obtendi.

Telescopij ex duobus convexis diaphragma ubi [b]) collocandum.

In diaphragmate autem foramen rotundum faciendum est tantum quantum indicant lineæ à centro primi convexi ad circumferentiam secundi circumcirca ductæ; id est, si vitra sunt æqualia, et concursus radiorum exactè in medio inter utrumque, foraminis[c]) diameter sit exactè dimidia diametri diaphragmatis sive vitri alterutrius. Tunc enim eæ species quæ ad secundum vitrum perventuræ non sunt, excludentur, ita ut earum radij, ad latera tubi reflexi, ad secundum vitrum non tantùm inutiliter, verùm etiam cum impedimento non perveniant. Multi enim per aliquotam reflexionem secundum vitrum transirent, ac se cum quibusque veris penicillis miscentes, confusiorem visum redderent. Penicillus enim cum quo mixti essent quidam radij puncti alterius, ex parte etiam visui punctum id inutile cum utili ostentaret [d]) atque ita punctum diversum à visibili videretur. Exclusi verò diaphragmati impingunt atque inde lateribus tubi ante diaphragma; etiamsi autem jam cum penicillis misceri vix possint, nisi illi qui ad latera tubi veniunt antequam ad diaphragma pervenire, tamen etiam illi suo discursu transversim diverberant multos verorum radiorum igniculos qui legittimè per foramen et vitrum secundum ad oculum venissent.

Conveniens erit igitur diaphragma hoc formare in modum coni cujus vertex versus primum vitrum vergit. Hoc modo radij inutiles intra has angustias, videlicet [e]) tubi et coni latera, suffocabuntur; conus verò sit decurtatus, ita ut foramen tantum sit quantum necessè est. Quia verò tubus et conus ex ferro, quod stanno obductum est, aut aliâ politiore materiâ, radios toties reflectit ut etiamnum multi ex illis angustijs emersi, alij a lateribus reflexi, ad angustias non pervenientes, cursum radiorum requisitorum impediri possunt, totus tubus cum ipso cono colore nigro intus afficiatur; niger enim color omnium colorum minimè aptus ad reflectendum

Telescopij diaphragma quale esse debeat.

---

a) le *m* surchargé de *s*. — b) *ibi*. — c) d'abord *foramen*; puis *en* barré et *inis* ajouté. — d) d'abord *ostentaret essetque*; puis *essetque* barré. — e) *viz*.

* * *

1) Pour ces lunettes cf. ci-dessus p. 318, n. 5.

videtur. Vel potiùs ‹utere› [a]) nigrâ papyro [b]) mollissimâ et porossisimâ quam radij inutiles ingredi possunt atque in eâ suffocari, id est quiescere. |

Imò ad arcendos hosce radios inutiles non erit inutilè totum tubum circa conum hunc aperire, ita ut prior pars secundæ adhæreat per duriora tria aut quatuor filamenta. Hoc modo enim radij, intra tubi et coni latera venientes, extra totum tubum reflectentur. Idque fieri posset per integram primam tubi partem, nisi ab aeris illustrati radijs, undique volitantibus, metueremus.

Febris typhodes natura.

Febris interna quæ *typhodes* et *lipirans* vocatur cùm exteriora frigent, ex quâ tres filioli mei [1]) mortui videntur, refert prunas accensas, cùm reliquæ febres cum flammâ comparari possunt. Aliter enim corpus afficitur cùm ignitum quid ex quo pedetentim ignis evolat, totum tamen accensum est, quàm quod totum statim in flammam vertitur; multò enim hæc tenuior est, rarior, et in plura loca extensa, etc.

Lucij piscis sympathia mira.

Lucij piscis (belgicè *snoeck*) caput abscissum et post 6 horas aquæ ferventi impositum, movebatur, et cum eo reliquæ ejus partes in mensâ adhuc jacentes. Hæc M. MERSENNUS ad ELICHMANNUM [2]) scripsit; ipse vero epistolam legi. Profert autem pro argumento insigni ad probandam sympathiam [c]) [3]). Ego fidem illi rei non adhibeo; si enim aliquo modo successurum sperarem, id nullo negotio experiri liceret.

Venti cis et ultra æqui-

Cosyn ABRAHAM VERNEYEN [4]) met noch een stierman hebben my geseydt in Oct. dat 35 graden aen weersyden den æquinoctiael de wint altyt West is, ende

a) *utere* manque. — c) *pyro.* — b) *sympathegas.*

* * *

1) BEECKMAN avait perdu cinq fils: JACOB, né à Rotterdam le 7 mars 1621, mort bientôt après (cf. *t. II*, p. 163); un fils né à Rotterdam le 11 novembre 1622, mort le jour suivant; JACOB né à Dordrecht le 11 septembre 1627, mort le 22 octobre 1628; JACOB, né à Dordrecht le 14 août 1629, mort le 4 juillet 1631 et ABRAHAM, né à Dordrecht le 9 février 1632, mort le 8 août 1632 (cf. ci-dessus pp. 195, n. 3 et 238, n. 1). On ignore desquels de ces fils l'auteur parle ici.

2) JOHANNES ELICHMAN, né (en Silésie, dit-on) vers 1600, était docteur en médecine lorsqu'il se fixa à Amsterdam, où il fit, en 1630, la connaissance de DESCARTES. Pour étudier les langues orientales il alla demeurer à Leyde, où il se fit immatriculer le 18 mars 1631 et le 23 décembre 1633. En 1634 il guérit le célèbre SAUMAISE, abandonné par d'autres médecins; d'octobre 1634 jusqu'en mai 1635 ELICHMAN séjourna au Danemarck pour étudier la langue gothique. Après s'être marié à Leyde en août 1637, il mourut dans cette ville le 18 août 1639.

3) Sur les sympathies et antipathies cf. *t. II*, pp. 201–202, 389 et ci-dessus 122. Elles étaient propagées par JEAN BAPTISTE VAN HELMONT à Bruxelles avec qui MERSENNE avait eu en 1630 et 1631 une correspondance étendue. Le Minime cite précisément l'exemple du brochet dans ses *Questions inouyes* (*Paris, 1634*) pp. 152–153. VAN BEVERWYCK, le concitoyen et l'ami de BEECKMAN, ajoutait foi à ces idées.

4) Nous avons mentionné (ci-dessus p. 38) JAN, HENDRICK et GRIETKEN VERNEYEN, qui, vers 1600, demeuraient probablement à Rotterdam. Dans ses notes généalogiques, dressées en 1618 (cf. *t. I*, p. XXXVIII et 109, n. 1) BEECKMAN relate: ,,JAN VERNEYEN heeft ABRAHAM ende ISAACK, in Hollandt woonachtigh'' (fol. 48*recto*). GRIETKEN se maria à Rotterdam avec HANS JANSZ. DU BOIS et fut la mère d'ABRAHAM. Elle y vivait encore en 1633. Apparemment ABRAHAM VERNEYEN fit plusieurs voyages aux Indes.

is so tot 40, 45 etc. graden toe; ontrent de 50 gr. wort de wint variabel. Vide an id motui diurno et annuo GALILEI [1]) respondeat.

noctialem ratio.

Sy segghen oock dat dese Westenwint, alse van het landt kompt, also wel koudt is als hier den Oostenwint. Quod antehac [2]) retuli in vapores omni sale carentes.

Venti terrestres frigidi.

Segghen oock, dat te Jaccatra [3]) ende geheel Oost-Indien deur, de wint somers altyt Oost is ende swinters West. Ende het getye eens in 24 ueren, doch ongelyck, also dat ment niet rekenen en kan.

Ick gaf Monsr SPOOR, landtmeter in Beyerlant [4]), last om te sien hoe <verre> [a]) hy snachs een brandende keers konde sien [5]). Hy stelde een van vyven int pont aen den dyck dat de wint die niet en konde verwayen ende ghinck [b]) 800 Rynlansche roeden achterwaerts, ende sachse instar stellæ primæ magnitudinis met noch een groote circkel ronsom de vlamme.

Candelæ lumen quale è longinquo visum.

AB. VERNEYEN voorseyd [c]) seyde dat men opt water het licht dat op de campagne staet, te weten 8 vademen bovent water, in eenen hoornen doch besmockelden lanteern staende, synde een wasse keerse van sessen [d]) int pont, qualick een kleyn mylken verde sien kan; doch hoe hoogher de keerse staet, hoe verder men die siet. Maer alst regenachtigh weer is, siet men de keerse qualick 1/4 van een myle verde.

Candelæ lumen in mari quàm longè videatur.

Hinc videre est quantum vapores circa Terram de luminis ejaculatione demant, et quantò plus possit ignis per purum aerem, multò magis per vacuum [e]) in quo ejus nihil omninò resiliendo perit. — Verte 2. [6]). |

Verte 4 [7]). Juffr. DE WITT a medico Principis [8]) ascite laborare judicabatur; nihil verò fluctuationis, cùm venter esset plenus, illa animadvertere potuit. Nunc verò, 17 Nov. 1633, plurimâ materiâ per vesicam evacuatâ, residui fluctum sentire videtur, materiamque in id latus, in quo ipsa decumbit, fluere dicit, quod tum ob nimiam distentionem, omnibus locis repletis, fieri nequibat.

Ascites [f]) jam imminutus sentitur.

---

a) *verre* manque. — b) *ghint.* — c) *voorss.* — d) *van 6en.* — e) d'abord *vacuum volita*; puis *volita* barré. — f) *ascitis.*

* * *

1) Cf. son traité cité ci-dessus pp. 171, 205–206, 231 et 281. dont BEECKMAN avait vu un manuscrit.
2) Cf. *t. II*, p. 220.
3) Aujourd'hui Batavia, construit en 1619 sur les ruines de Jacatra.
4) JACOB SPOORS n'était pas seulement arpenteur, mais il fut admis, en 1623, comme notaire à Dordrecht, résidant aussi en cette qualité à Beyerland jusqu'en décembre 1625. Après il se fixa comme notaire et procureur à Delft, où il enseigna au jeune ANTHONY LEEUWENHOEK (1632–1723) le maniement du quadrant. SPOORS mourut à Delft en janvier 1677.
5) Cf. ci-dessus pp. 225 et 252. Probablement l'expérience fut faite en vue de la question mentionnée ci-dessus p. 225, n. 3.
6) Cf. ci-dessous p. 322, où les notes ordinaires sont continuées.
7) Cf. ci-dessus p. 312. BEECKMAN a repris ici sa relation de la maladie d'ANNA VAN DEN CORPUT en haut d'une page nouvelle afin de la pouvoir continuer plus tard. Les dates présentent donc quelques anomalies si on les compare avec celles des notes qui précèdent et qui suivent. Nous avons donc séparé ces lignes des autres par des traits horizontaux.
8) JACOB VALENTIUS ou VALLENSIS; cf. ci-dessus p. 312, n. 6.

Purgantia nihil ex mesaraicis ferunt.

Ex venis mesaraicis, multò minus ex spacijs intermedijs in intestina, ne validissimis quidem purgationibus, nihil humoris noxij secedere affirmare ausim, etiamsi nullæ in ijs valvulæ forent. Nam venæ [a]) porta admodum est ampla quæque illi succedunt venæ semper angustiores, donec in filamenta vix oculis, imò nullis oculis, conspicienda desinant. Quod autem ex cavitate majore ad minorem truditur, hanc obstruit, non aliter quàm populus ex templo per januas exeundo experitur; nullus enim est humor tam tenuis qui non aliquâ tenacitate colligatur, uti antehac [1]) sæpiùs probatum est. Ex majoribus verò arterijs sanguis non aliter ad minores, et ex ijs in carnes, secedit, quàm pulsu sinistri ventriculi cordis, qui multis modis validior est et frequentior quàm ille qui ex punctione tunicarum per acres materias in venis latentes, oriri antehac [2]) a me dictus est. Præterea multò majora sunt arteriarum oscula quàm venarum, nec in tam exilia capillamenta desinere deprehenduntur.

Juffr. DE WITT is na de laetste weginge noch eens gewoghen, ende woegh 2 ℔ lichter. Sy voer den 7en Dec. 1633 heel wel [3]).

Pueri cujusdam suctio vehemens.

Haer soon JAN [4]), nu synde ontrent 9 jaer out, als hy jonck was, soogh so styf, dat se uyt haer voorhooft voelde gelyck yet nederwaerts gaen na haer borsten toe. Hy heeft haer borsten gelyck heel wech gesoghen, dat se nu schier geenen heeft. Dit nederwaerts trecken etc. geschiede alser in haer borsten geen soch en was ende dat de jonghen evenwel al bleef suygen | [5]).

Phtisin fumo vini adusti curare.

Verte 2 [6]). — Den roock van voorloop van brandewyn, door den neuse in de longhen getrocken, soude oock misschien ulcus pulmonum [b]) genesen, gelyck vooren [7]) geseyt is dat den voorloop selve een sweerende vyngher geneest. Fumus enim hic cùm sit tenuissimus, fundit ulceris materiam aperitque oscula arteriæ venosæ, ut possit pus, à [c]) sinistro cordis ventriculo tractum, in totum corpus per arterias expelli ibique a singulorum membrorum calore dissipari, cùm in tam multas particulas sectum sit; et [d]) quod dissipari nequit vel ad venas redit, particulatim in morem urinæ ad renes et vesicam <potest>[e]) devolvi, imò interdum, toto cumulo sibi adhærente simul, vel ad renes vel ad aliud corporis membrum expelli.

---

a) *vena*. — b) *pulmonem*. — c) d'abord *pus per*; puis *per* barré et *a* ajouté dans l'interligne. — d) d'abord *et pars ad urin*; puis *pars ad urin* barré. — e) *potest* manque.

* * *

1) Cf. *t. I*. pp. 129–130 et *t. II*, p. 31.
2) Cf. ci-dessus pp. 313, 314 et 314–315.
3) En effet ANNA VAN DEN CORPUT ne mourut à Dordrecht que le 23 janvier 1643.
4) JOHAN DE WITT, fils de JACOB et d'ANNA VAN DEN CORPUT, était né le 24 septembre 1625. On dit qu'il fut l'élève de BEECKMAN, comme son frère aîné CORNELIS, né le 25 juin 1623. JOHAN fut immatriculé à Leyde le 24 octobre 1641. Tout le monde connait la vie du grand-pensionnaire assassiné en 1672.
5) Presque la moitié de la page est restée en blanc comme aussi la page suivante.
6) Cf. ci-dessus p. 321, où les notes ordinaires se terminaient.
7) Cf. ci-dessus p. 191.

Corpora majora et minora æquè vas replent.

Circuli æquales seinvicem terni tangentes, comprehendunt ubique 60 gradûs cùmque segmenta majorum et minorum circulorum circulis suis sint proportionalia, etiam spacium a [a]) majoribus interceptum, est proportionale spacio inter minores. Idem de sphæris sentiendum, ergo tantundem [b]) corporum majorum et minorum in idem vas ingreditur [1]).

Ast duplex contactus considerandus est: unus quem nunc descripsi, alter qui est homogeneorum inter se. Cùmque homogenea circularia non sint exactè circuli, tantaque sit inæqualitas in parvis homogeneis quàm in magnis, idemque dici possit de combinatione atomorum, ex hoc diverso contactûs intercepto spacio, rerum pondera fortassis æstimantur.

Aer quî rarefiat.

Aer rarefit et densatur quia igniculi in eo perpetuò [c]) vagantur. Hi enim suo motu aerem disijciendo rarefaciunt, qui motus a vi externâ potest aliquantulum sedari, <sed> [d]) non omninò quia nimis violenter supernè per omnes res impellitur. Sic aqua per hosce igniculos fluctuat [e]).

Planetæ cur sic à Sole distent.

BALTHASAR van Gorcum [2]) meynt dat de locht ontrent de Sonne anders is dan verder daer af, ende de locht binnen in Mercurius anders dan in Venere, etc., ende dat daerom deen planete naerder de Sonne is ende dander verder daervan.

Ego verò, positis hisce, sufficere inquam planetarum magnitudinem diversam. Aliter enim se habet proportio magni corporis ad superficiem quàm parvi; magnum igitur corpus minus habens superficiei, necessariò leviùs est, etc.

Ventus locum clausum penetrans eum diruit.

Alst sterck waeydt, so sedt cosyn VERBEECK [3]) de veynsters open, die aen dander syde van de wint syn. Anders, seght hy, so wordt de solder so vol wints dat de pannen afvlieghen, want ten is noyt so dicht of een stercke wint dryngt wel door eenighe gerret van de muer of van de pannen; ende alst langhe duert ende dat de wint nergens uyt en kan, so wort de solder so dicht vol wint datse een volgende buye, niet konnende wycken, door de pannen gedronghen wort; maer als den veynster open staet, so vlieght de wint daerdoor so haest uyt alse door de tegenoverstaende gerre ingekommen is, ende de buye dringht de locht te veynsteren uyt. Hy staet wel snachs op omdat te verhoeden.

Harincksalade doct sweeten.

Als hy salade eedt, so sweet hy altyt, ende noch meer als hy harincksaladt eedt. Videtur hæc tenuis materia statim in cor trahi atque inde, per arterias, momento

[a]) d'abord *ab illis*; puis *illis* barré. — [b]) *tantumdum*. — [c]) *perpetim*. — [d]) *sed* manque. — [e]) *fluctat*.

* * *

[1]) Pour cette thèse cf. *t. I*, p. 14 et 278; d'autre part ci-dessus pp. 224–225.

[2]) Sur BALTHASAR VAN DER VEEN ou VAN DE VINNE, cf. *t. II*, p. 388, n. 4.

[3]) Sans doute PIETER VERBEECK probablement à Rotterdam, dont BEECKMAN écrivit, le 25 novembre 1633, dans une série de notes personnelles: „hy is nu 60 jaer oudt, 20 jaer getrout geweest" (fol. 237*verso*). On ne connait pas son degrè de parenté avec les BEECKMAN.

ferè, in habitum corporis expulsa, poros ibidem aperire. Hæc probant [a]) HARVEI circulationem. |

D. Amesij peripneumonia quomodo habita.

D. AMESIUS [1]) Roterodami 11° Novemb. mortem obijt cùm, judice medico JAN DEUMISZ [2]), quartum jam diem peripneumoniâ verâ laborasset. Mirabar illi venam non fuisse sectam; cùmque ille ejus lipothymiam incusabat, extrema saltem, inquiebam, ad revulsionem fuerant liganda.

Quod non ibi tantùm, verùm etiam in tabe laborantibus utilissimum judicabam; quantum enim ex hac ligaturâ pedes tument, tantum de parte morbificâ decedit humoris morbum nutrientis. Sic etiam capitis excrementa in tabe laborantibus ad nares derivanda sunt. Quantum enim per nares emungitur, tantum a pulmonibus avertitur <et> [b]) minùs tussis infestat; atque ita majori quiete pulmonibus concessâ, ulcus faciliùs sanatur.

Capitis excrementa ad nares derivanda.

Infinita non æqualia.

Infinita cur necessariò forent æqualia non video, nam cùm atomi circulares sint infinitæ, certè semicirculi earum sunt duplò plures. Hoc inservire poterit spinosis quibusdam dubijs extricandis.

Sant tot santloopers.

Cosyn VERNEYEN [3]), seght, dat eyerschalen gedrooght, de vellekens van binnen uytgedaen, ende tot fyn sandt gestooten ende gesift, het beste ende sekerste sandt is tot perfecte sandtloopers.

Æger potum mingens qualem biberat.

FRANCISCUS LANSBERGE [4]) ægrum vidit qui vinum, lac, aquam, etc. eo modo affecta mingebat quo biberat; id est vinum, etiam mictum, erat vinum. Æger multum biberat ac mingebat, tandemque ex hoc morbo mortuus est. Magna hæc fuit osculorum venarum et arteriarum apertura.

---

a) *probam.* — b) *et* manque.

* * *

1) WILLIAM AMES, né vers 1577 en Angleterre ou en Ecosse, avait étudié la théologie à l'Université de Cambridge, mais il se rendit, vers 1611, en Hollande à cause de ses sentiments puritains. Après avoir exercé diverses fonctions ecclésiastiques, il fut nommé en 1622, professeur de théologie à l'académie de Franeker. En 1632 il fut adjoint à HUGH PETERS, ministre anglais à Rotterdam (pour lui cf. ci-dessous p. 375) et invité à enseigner la théologie dans un collège fondé par les Anglais de Rotterdam. A la suite d'une inondation extraordinaire, il prit froid; une fièvre le prit et l'enleva en peu de jours. Il publia plusieurs ouvrages, notamment contre les Remontrants.

2) JAN DOMISZ. VAN BLENCKVLIET, appelé aussi DOMINICUSZ. Il était né vers 1588 et était fils de DOMIS JANSZ., marchand de blé, et de MARITJE WILLEMSDR.; c'est lui probablement qui fut immatriculé à Leyde, le 18 juin 1611, sous le nom de JOHANNES DOMINICUS, Roterodamensis, étudiant en médecine. Il était Remontrant. Le 23 avril 1634 il se maria à Rotterdam avec MARIE CORNELISDR. VAN SANTEN, veuve de WILLEM EEUWOUTSZ. PRINS, brasseuse dans *De Werelt*, et il fit son testament à Rotterdam le 12 juin 1648.

3) Pour lui cf. ci-dessus p. 320.

4) Ce médecin était né vers 1582, fils d'un père du même nom qui était un frère de l'astronome PHILIPPE LANSBERGEN (*t. I*, p. 106, n. 2) et ministre remontrant à Rotterdam de 1593 jusqu'à sa déstitution en 1619 (mort en 1626). Après avoir achevé ses études en médecine à Leyde, où il fut immatriculé le 18 mai 1612, le nôtre se maria, le 5 janvier 1623, devant les bourgmestres de Rotterdam, avec CATHARINA PIETERSDR., veuve de GOVERT MEEUSZ. Il avait des frères qui demeuraient également à Rotterdam: JACOB, médecin comme lui, JOHANNES pharmacien, et SAMUEL, ministre remontrant aussi.

Men soude konnen een musquet maken van binnen vol ronde yserkens, also met veren aeneen geheght, dat men se vanachter met gewelt dicht byeen trecken kan met een schroeve, etc. De koghel dan daar opgestelt ende de schroeve loslatende, so sullen die veren, haer weer ontlatende, de kogel subytelick voortjaghen, so langhe hem persende totdat hy uyt den loop is, twelck een oorsake schynt te syn dat het buscruit so grooten kracht doet. Dus konde men sonder vier het buscruyt nabotsen ende misschien dat te boven gaen, dewylen men [a]) de veren oneyndelick styver maken kan ende de schroven oneyndighe kracht geven.

Sclopetum facere per lamellas internas absque pulvere pyrio.

Ex pulmone ipso in tabe parùm aut nihil videtur per os expui, sed totum id ex capite descendit. Cur autem potiùs in hoc morbo, imò etiam in morbo pulmonis notho catharrus moveatur quàm in alijs febribus, vulgò medicis fortassè notum est.

Pulmo tabidus parùm ex se reddit per os.

Een keerse in een tonne biers, die half uytgedroncken is, door het bomgadt gesteken, gaet dadelick uyt. |

Candela in vase semipleno extinguitur.

In Nov. 1633 meo rogatu ad me misit D. ELICHMANNUS [1]) BRUNO Nolano, *De l'infinito universo et mondi* [2]), in quo multa occurrunt consideratione digna et meis atque aliorum antehac dictorum in [b]) physicis respondentia.

Dicit in *Dialogo terzo* [3]) lumen Terræ nostræ nos non afficere, Lunam verò aliosque planetas id percipere.

Lumen Terræ nostræ cur nos non afficiat.

Rationem ego addo secundùm mea principia. Quia lumen ex Terrâ exeuns, ferè recto gradu ascendit, non ita tamen recto à centro ad circumferentiam ut postquam è Terrâ emersit, non disijciatur in omnes ferè partes, magis tamen versus eam partem ad quam cœpit moveri; parvam igitur patitur in particulis inclinationem. Partes quæ propè nos exeunt, aliquo modo in nos quoque vibrant suos radios, sed propter magnam inclinationem pauci ad nos perveniunt statimque a crasso aere et vaporibus officiuntur. Et si plurimi pervenirent, non tamen ij multi forent ob Terræ convexitatem quæ longiùs distantes igniculos omninò excludit. Ad Lunam verò atque omnia remota totum Terræ radiat hemisphærium.

Hinc etiam sequitur (id quod etiam antè [4]) scripsi) causa cur [c]) Terra et cæteri planetæ [d]) in Solem non cadunt. Nimis enim multis ex eo excussis igniculis opprimuntur; particulæ verò planetarum, cum lumine eorum propè Solem ab ijs excussæ,

Planetæ cur ad Solem non cadant.

---

[a]) *met.* — [b]) d'abord *in multis res*; puis *multis res* barré. — [c]) d'abord *cur luna et cæteri*; puis *luna et cæteri* barré. — [d]) *planæ.*

* * *

[1]) Pour lui cf. ci-dessus p. 320.

[2]) GIORDANO BRUNO *Nolano. De l'infinito universo et Mondi. All'Illustrissimo Signor di Mauvissiero. Stampato in Venetia. Anno M.D.LXXXIIII*; in-8°.

[3]) *O.c.*, pp. 79–80.

[4]) Ci-avant pp. 74, 100, 101–102, 106–107, 115–116, 217–218, 276–277 et 279.

non aliter in Solem ruunt quàm lapides apud nos in altum emissi, recidunt, quia quò propiùs pervenere, eò paucioribus emissarijs impediuntur.

Planetarum nutritio.

Sic nutritio corporum magnorum vicissitudinariâ facilitatur. Quodcunque enim aliquo modo eousque pervenit ut reijci nequeat, pergit moveri ad id usque; ibique, cum illius mundi particulis mixtum, eas auget, nutrit, ab ijsque tandem ita præparatur ut ab ijs etiam excuti possit; secumque semper aliquid exeuntes igniculi auferunt, vel terreum vel aqueum etc. Integri verò lapides exire nequeunt quia [a]) igniculi eos vehere non possunt.

Febris cum flammâ ferè extinctâ confertur.

Febris excitatur sicut flamma ,quæ fumum invadens eum consumit, nec potest tantum fumi educere quantum absumit [b]) ob materiæ inaptitudinem [c]) ad flammam nutriendam; extinctâ verò flammâ consumens fumus iterum per calorem præsentem multiplicatur, quo crassescente tantum iterum igniculorum in unum locum venit ut non tantùm elevare humorem, sed etiam in ipsos igniculos disijcere valeat, qui, cum prioribus conjuncti, vicinas fumi particulas faciliùs quàm primi soli (non omnes enim hoc actu evolarunt) corripiunt. Hi verò igniculi facti sequentes adhuc multò celeriùs accendunt, unde fit ut flamma tam subitò nasci videatur.

Hæ flammæ interpolatæ videri solent in lignis non omninò aridis; in illis etiam quæ ex medio igni in aerem liberiorem educuntur. Tales etiam sunt flammæ candelarum aliquando tremulæ quæ quidem semper ardent, at modo magis, modo minùs ob materiæ quam trahunt dissimilitudinem, vel medij per quod trahitur sæbum, varietatem. Ubi etiam aer novus, semper succedens, consideratione dignus est; de quo antè alubi [1]).

Quotidianarum febrium materia fortassis semper est in ventriculo aut aliquo loco intestinorum. |

Febres cur vesperi exacerbentur.

Interdiu ex arterijs in musculos plurimum effunditur, quia tum musculi sunt in actione, quâ multum ex ijs exhalat. Ac pori magis aperti plus recipere possunt; noctu verò plus ad interiora rapitur. Hinc febres vesperi ferè exacerbantur cùm earum materia intus sita sit.

Crisis sexti diei cur mala.

Crisis ante septimum diem significat febrem tertianam seu quartanam anticipare. In tertianâ enim paroxysmus est in die 1, 3, 5, 7; in quartanâ in die 1, 4,7. Anticipare [d]) autem est malum, ideòque sextus dies est mali ominis.

Febres

Febres synochæ fieri videntur eo modo quo vinum circa ver aut alio quovis casu

---

[a]) *qui.* — [b]) d'abord *absumit unde s*; puis *unde s* barré. — [c]) d'abord *ineptitudinem* (sic) *quæ*; puis *quæ* barré. — [d]) *antipare.*

* * *

[1]) Cf. *t. I*, pp. 38–39 et 45; *t. II*, pp. 105 et 106; ci-dessus p. 275.

turbatur (Belgæ dicunt: *de wyn reult*) [1]. Neque mirum est turbam illam excitare calorem.

synochæ.

Partes omnes sanguinis omnibus, id est invicem, permiscentur, uti ex ratione circulationis, antehac receptæ [2], videre est. Unâ igitur ejus parte affectâ, omnes necessariò afficiuntur; particulæ enim quædam earum quæ modo erant [a] in manu, mox erunt in pede et vicissim.

Sanguis cur omnis afficiatur.

Febres per integros dies moventur ob insignem noctis et diei differentiam, uti etiam semel ferè de die excrementa excernimus, aut bis; videlicet [b] manè et vesperi videtur ipsa hora nos ad id admonere. Verè [c] tamen ratione et consilio usi alijsque occupationibus distracti, multò faciliùs eam horam transgredi possemus quàm partes interiores quæ solo naturæ instinctu ducuntur.

Febres cur per integros [a] dies moveantur.

Sic <febres> [d] intermittentes fortassis oriuntur propter obstructiones ductuum ex vesiculâ biliariâ et liene in ventriculum et intestina. Nam verisimilè est per cordis diastolen, quâ ex cavâ, jecore, et lacteis venis materia trahitur, etiam ex illis ductibus per successionem excrementa bilis et melancholiæ in intestina trahi. Obstructis verò illis meatibus, impletur vesicula bile, quâ repletâ pungitur et ad excretionem excitatur. Quæ excretio, si fiat in carnes jecinoris, non mirum putridam hanc substantiam statim in cor trahi; cùmque lien sit major vesiculâ, plus temporis requiritur antequam ita repleri possint omnes ejus pori ut ad excretionem excitur. In illâ luctâ semper etiam aliquid ex obstruente materiâ exhalat et dissipatur; idque fit tamdiù donec iterum viæ ad intestina patent.

Febrium intermittentium procreatio.

Intermittentes igitur optimè curantur inediâ, dietiâ attenuante, et vomitibus.

Id quod meatûs hosce obstruit paucum esse videtur, ideòque exiguâ quantitate in dissolutione febrium ad os et labella excussum ferè apparet.

Quintuplo plures arteriæ transeunt per lienem quàm per jecur, ita ut videatur nutrimentum mesenterij per lienem mitti, per jecur verò unâ cum novo chylo ad cor redire.

Nutritur mesenterium per lienem.

Aurigo (*de geelsucht*) fit obstructo meatu ex jecore in vesiculam; tertiana obstructo eo qui venit ex vesiculâ in jejunum intestinum.

Auriginis et tertianæ differentia.

Ad SENNERTI, *Lib. 3*, par. 4, cap. 1 [3]. Fames potest sedari quia clauso pyloro sensus succionis non venit intra ventriculum. | [4].

Fames interdum sedatur clauso pyloro.

a) *erat.* — b) *viz.* — c) le ms porte: *qui.* — d) *febres* manque.

* * *

1) A ce sujet cf. *t. II*, pp. 7–8.

2) Pour la découverte de HARVEY, cf. ci-dessus pp. 292, 298, 298–299, 312, 313 et 324.

3) C'est dans le DANIELIS SENNERTI *Medicinæ practicæ Liber tertius* (*Witterbergæ, 1631*) (cf. ci-avant p. 269, n. 1), dont la *Pars quarta* est intitulée *de Lienis præter naturam affectibus*, qu'on trouve, dans le *cap. 1*, les expressions ,,ipsa famis sedatio'', ,,cum fames non aliter sedetur'' et ,,fames quæ sumto cibo sedatur statim''.

4) Cette note est suivie d'une série d'autres notes qui traite du rodage des verres et occupe exactement les

Febris quotidiana.

Febres quotidianæ fortè [a]) fiunt quia id, quod in ventriculo coqui non potest, singulis diebus semel excutitur. Somnus enim et vigilia [b]) insignem differentiam in coctionem introducunt. Nihil autem incoctum ex ventriculo exit quia eum non pungit. Hinc etiam quotidiani ventris dolores, imò et capitis et reliquarum partium.

Febris tertiana.

Obstructo poro biliario tam diù bilis in vesiculâ biliariâ colligitur donec eâ irritatâ porum eum aperiat. Eo aperto bilis ventilata per periodos expellitur, prout novam acredinem singulis biduis acquirit. Hæcque expulsio vicissitudinaria in vesiculâ septies ferè fieri dicitur quia vesicula hæc non plus bilis capere potest quàm quæ septem [c]) vicibus expelli possit. Lien verò plures paroxysmos creat quia capacior, vel quia singulis vicibus minùs forsitan ejus putrifieri debeat ad paroxysmum excitandum.

Febrium paroxysmi quando sint breviores.

Febrium paroxysmi citiùs finiunt cùm cutis est aperta, ut fit cùm æger decumbit in hypocausto, quia materia quæ febrem excitat, ex corde per arterias in carnes emissa, per apertam cutem faciliùs evolat, quæ aliàs per venas iterum in cor attrahi deberet et emissa calorem secundò excitare. Quò ergo plus singulis vicibus per cutem exit, eò minùs ad cor redit.

Febris tertiana.

Non [1]) magis omnes partes bilis in vesiculâ simul putrescunt, quàm in trituratione; vel potiùs cùm vitra formantur in ferreâ patinâ, omnes arenulæ simul frangi possunt. Etiamsi enim vitrum omnes pervagantur, multæ tamen arenulæ integræ manent, imò paucissimæ in pulverem franguntur. Ut igitur hic pulvis factus a vento oborto simul totus ob levitatem dissipatur, sic putrefactum omne [d]) ab irritatâ semel naturâ omninò excutitur.

Venæ spermaticæ, cur non multum seri contineant.

Venæ spermaticæ dictæ minus seri continent quàm aliæ quævis venæ, quia sanguis cum sero per arterias in renes immittitur. Cùmque renes aptam substantiam nacti fuerint ad serum transcolandum, venæ renum nudum sanguinem ad cor revehunt. Ex hisce autem venis venæ spermaticæ suum sanguinem habent. Hinc fit ut semen spirituosiùs, crassiùs et potentiùs sit quàm alia materia quâ carnes reliquæ, præterquam testes, nutriuntur.

Febris quartana.

